

STABVLVM AVGIÆ
Expurgatum.
Seu
ORATIO INVECTIVA
In
JACOBUM SCHUELERUM,
Sacrificulum Friburgi Helvetiorum:
Quâ,
Ob monstruosos solœcismos & barbarismos in-
numeros, quibus se, in libro quem stolidè
HERCVLEM CATHOLICVM inscripsit, omni-
bus ridendum propinavit, ferulâ schola-
sticâ castigatur:

Composita & in illustri Gymnasio HBernensi publicè
recitata,

JOH. HENRICO MUSCULΟ
HBernate, SS. Theol. Stud.



BERNÆ,
Excudebat ILLUSTRISSIMÆ REIPUBLICÆ
BERNENSIS TYPOGRAPHUS,
Georgius Sonnleitnerus.

M. DC. LII.

In Berna im Druck d. 19 Apr. Anno 1583.
Ant. & Dorothea.



Coloß. 2. v. 8.

Videte ne quis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

Vers. 16. 17. 18. 19.

Ne quis igitur vos damnet ob cibum, vel ob potum, aut respectu festi, aut Novi lunij, aut Sabbathorum : Quæ sunt umbra rerum futurarum, at corpus est Christi : Nemo adversum vos rectoris partes sibi ultrò sumat, in submissione animi, & religioso cultu Angelorum : pedem inferens in ea quæ non vidit, & temerè inflatus carnis suæ intelligentia. Nequè retinens caput, ex quo totum Corpus per cōmissuras & connexus suppeditatum & compactum augeſcit Dei augmento.





IN IACOBVM SCHVELERVVM,
Sacrificulum Friburgensem,

O R A T I O .



N n u s jam agitur decimus tertius
(*Viri admodum Reverendi, Doctissimi, Spectatissimi; Pastores Vigilantissimi, Professores Acutissimi, preceptores plurimum Colendi, Amandi: Hospites, quotquot adestis, Nobilissimi, Literatissimi, Studiosi Adolescentes Charissimi, Fratres integerimi*) Annus, inquam, jam agitur decimus tertius, ex quo *Johannes quidam Wilhelmus Gothardus*, apud Soloduren-
ses *Sacrificulus*, ac *Ecclesia Ursi & Victoris ibidem Canonicus, Custos & Penitentiarius Librum Germanicum*, cui titu-
lum fecerat *Conspicillum vera Religionis*, in lucem emisit,
quem *Jacobus Schueler Friburgensis & Iodocus Knab Lucen-
nensis*, publicâ nominum subscriptione approbârunt, ut illi
venum exposito statim in ipso vestibulo primoq; limi-
ne, hâc approbatione veluti suspensâ hederâ encomium,
& populi undiq; concurrentis applausum conciliarent.
Hanc subscriptionem cùm primo Libri aspectu in altera
primi folij facie legisse, risum continere non potui, &
quam primū incidit mihi Junonis ille in Venerem & Cu-
pidinem apud Virgilium sarcasmus, quo illos ridet ceu
duos Divos qui Didonem imbecillem fœminam non
nisi arte & dolo vincere, ipsiq; occultum amoris ignem
inspirare potuerint, dum ita exclamat:

A 2

Egregiam

4 IN JACOBUM SCHUELERUM

Aenecl. 4.

*Egregiam verò laudem & spolia ampla referitis
Tuq; Puerq; tuus: Magnum & memorabile Nomen;
Una dolo divum, si fæmina vieta duorum est.*

Egregiam, inquam, tu Schuelere, Puerq; tuus laudem reportaris, quod Gothardi vestri Librum futilibus nugis atq; ineptijs, mendacijs & calumnijs impudentissimis lartum & fartum. & qui vel cassâ nuce ematur, indignum, vestrâ, illiterati puta *Scholaſtici* & malè informati pueri approbatione, lectoribus cōmendare non dubitâstis, & vos veluti duos Divos ex Apollinis tripode mugientes, vestris oraculis veram & Catholicâ Christi Ecclesiam, omnesq; verè fideles commendatione illâ ita circumvenire posse sperastis, ut mercem fallacem & fucosam pro vera, pro auro scorias, stercora pro margaritis & paleas pro tritico emerent: hoc enim volunt magnifici vestri, quibus gloriamenti, tituli. Sed sitis Protonotarij Apostolici, sitis SS. *Theologia Doctores*: sit Schuelerus Ecclesia S. Nicolai Collegiate Friburgi Helvetiorum Decanus, sit Episcopatus Lausanensis Vicarius Generalis & Officialis; sit Iodocus Knab Prepositus Lucernensis, sit Illustrissimi & Reverendissimi Episcopi Constantini Commissarius, neutrius tamen testimonium in propria causa recipimus, verùm reijcimus tanquā ridiculum & puerile.

Sed tu Schuelere (te enim solum nunc alloquor & cum solo te deinceps mihi res erit) cùm Librum illum calumniosissimum, non obstante egregiâ illâ approbatione, solidè à Viris Clarissimis in latina & vernacula lingua refutatum cerneret, etiam famam tuam in discri-
men adductam putasti, existimationi igitur tuae & honori ut consuleres, ipse quoquè calatum in manus sum sisti & stylo contra acies Domini, sed infeliciter ceu tyro, ac novitus



ORATIO.

5

novitus, pugnare incepisti. Hinc Librū illum conscripsi-
sti, quem haud ita pridem edidisti in lucem, & in agrum
Bernensem ad inficiendos Reformatorum animos, & Pa-
pismi virus: heu! plus satis huc usquè serpens, latius &
impudentius propagandum disseminasti; Hinc stolida
illa inscriptio & insolens ille titulus, ac si arduum & arco-
pagitarum theatro dignum edidisses opus: *Hercules Ca-
tholicus Hydra Ursina decem capitum Domitor & viperarum
indepognatarum ex parte Recastigator*, in quo tamen præter
calumnias horribiles, præter blasphemias, quas recen-
sere horreo, detestabiles, præter scurrilia penè infinita,
disteria innumera & mendacia impia ac diabolica,
nihil observatu notatuquè dignum reperire, nihil offendere,
nihil videre lector potest (dicam profectò quod
verum est, & ipsa lex Veritatis dicere me jubet) quam
monstrosani solœcismorum farraginem & fartaginem,
nihil quam ingentem barbarismorum segetem, nihil
quam intolerandam verborum crassitiem, nihil quam
phrasium novarum, ineptarum ac inusitatarum copiam
infinitam: quibus observatis & notatis quivis sanæ men-
tis homo animadvertiset, quam egregiam laudem hinc
deportaris, quam meritò *Herculem Catholicum*, si superis
placet, hunc tuum Librum inscriperis, quam etiam ele-
ganter conveniat Schueleri tibi nomen, id quod ipse
hisce tuis verbis exprimis, scribens: *Quid multis? Her-
cules est Schueler, meritò hunc titulum operi prefixi meo, myste-*
Proloq.
Pag. 4. a. b.
*rium enim est longè post tituli inventam inscriptionem antehac
prorsus absconditum ab eo cuius est in tam arduo negotio homi-
num mentes illuminare ac dirigere, arcana quadam revelatio-
ne mihi nuper detectum. Rem acu tetigisti scilicet! Quasi ve-
tò à spiritu illo qui mentes hominū illuminat, inspirentur*

A 3

superbi

6 IN JACOBUM SCHUELERUM

superbi & arrogantes illi tituli, & non potius à spiritu illo, qui è lucis domicilio in locum tenebrarum propter superbiam ejectus est: *Herculis* ergò titulum cùm inspirarit tibi, qui Herculem in suo regno captivum detinet, & tu eo uīq; adeò delecteris, illum tibi concedens in hæc verba erumpo & porrò tecum sic cano:

Egregiam certè laudem & spolia ampla refers tu
Hercles atq; tuus: magnum & memorabile nomen.
Martem oculis spirans, medios irrumpis in hostes,
Incursuq; ruis cuneos; pedibusq; cadentes
Proteris; elisis illos das faucibus orco;
Pugnis hos tundis; protrudis calcibus illos;
Obruis hos clypeis, gravibusq; elidis in armis;
Extorquesq; manu, frangisq; trabalia tela.

Proloq.
Pag. 5. a.

Quinam verò sunt illi clypei? quæ arma? *simplex & rudit calamus, quo cum adversarijs luctaris.* Credo. sed addere debuisses, non calumniarum modò & mendaciorum, sed etiam solœcismorum & barbarismorum exercitum planè innumerabilem, quem in aciem produxisti. Verum enim verò cùm non *Hercules* sed *Schueler*, *Herculis* nomen & habitum mentiens nos ad duellum provocaverit, cum eo non clava vel cœstu sed armis duntaxat scholasticis congregiar, illumquè quùm sit meæ commissus disciplinæ & institutioni, eodem, quô requirunt scholasticæ leges, more & modo excipiam, non secus ac asinum auribus apprehensum in scholam deducam, monstrosa ipsius σφαλματα, solœcismos turpissimos pariter & barbarismos, quos commisit inumeros, censuræ, quâ fieri poterit diligenti examiniquè accurato subijciam, eosdemquè, si non verberibus, quibus profecto dignus esset, tamen verbis, si non virgistamen dictis, si non baculo



ORATIO.

7

culo tamen calamo corrigam & censoriā perstringam oratione, atq; ideò quidem perstringam, ut in seipsum istic *Hercules* descendat, ut sapere aliquandò discat, ut idem se Scholasticum omnino, ac in Grammaticis præceptis, nedum in *Controversiis palæstris* (ut liberè sed barbarè fatetur) tyronem & novitū esse agnoscat, ut prima prius in Rudimentis fundamenta firmiter ponat, quām controversias Religionis tractare præsumat, ut inermis se prius armet, quām contra satrapas & professores certè non *Cacodoxos*, sed *Orthodoxos*, non *Cacangelicos* sed *Evangelicos* insurgat & arma sumat, ut ne velut hœdus in tectis antè ludat, quām capra pepererit, nec avis instar nidum relinquat, volatumquè petat, si adhuc sit implumis.

Prolog.
Pag. 4. b.

Vos proindè, Præstantissimi Audit: quos ad insti-
tutum hocce nostrum cum *Schuelero* certamen & exa-
men, ceu honorarios arbitros invitavi, quosq; ego de in-
fusa σφαλματον farragine, de foeda solœcismorum col-
luvie, de intoleranda sermonis ruditate & cruditate, de-
què monstrosa verborum barbarie dicturus, auditores
benevolos me habere spero; ignoscite quæso mihi, si
turpi hac ac foeda dicendi materiā aures vestras obtun-
dam magis, quām demulceam: ignoscite si hâc ipsâ
nauseæ vobis multum excitem: ignoscite si molestus
vobis sim, si minus vos delectem, quām antehac alij ex
hoc illustri loco de sacris materijs dicentes vos delecta-
runt & recrearunt, *Schuelero* hoc imputate totum, qui
hoc mihi dedit negotium, ut causam Prisciani contra tot
tantaq; solœcismorum & barbarismorum monstra de-
bellanda in me susciperem. Id quod dum facio, dum
ego hujus *Scholastici* Præceptor & Corrector esse cupio,
qui



qui ipse quippè è schola nondum egressus, præceptoribus
 opus maximè habeò, dum ego mæ illum disciplinæ
 subijcio, qui ipse sub vestra adhuc disciplina milito;
 Nolim vestrūm quisquam arrogantiae aut ostentationis
 me insimulet, quasi aut elegantiore alijs ac copiosiore
 doctrinæ suppelle&tili, aut ingenij acumine me prævale-
 re existimem; absit hoc à me longissimè; meo enim me
 modulo & pede metiar; præteribo heterodoxa Schueleri
 dogmatā, impia ejus reticebo mendacia, ac intolerabili-
 bus supersedebo calumnijs, quibus eti totus ejus Liber sca-
 teat ac confpersus & instar tomenti fartus adeò sit (quod ipse
 per meram calumniam, Clarissimi Domini Lüthardi,
 Venerandi Præceptoris mei castigationibus in Harlsruher
 Parallela impingit) ut auctor planè omnem humanum ab-
 jecisse pudorem, fadissimi Thersea procacitatem & insolentissi-
 mi Thrasonis faciem induisse videatur: nec attingam folce-
 cismos Theologicos, quos, cum toties jam anteà à sum-
 mis Theologis refutati sint, & à Schuelero non nisi novis
 mendacijs & atrocioribus fucati calumnijs reponantur,
 qui refutaret, actum ageret: Grammaticos ego tantum
 errores culpabo, solam verborum taxabo crassitiem, non
 nisi fædam ridebo barbariem, nihil præter ineptum,
 præter insulsum, nihil præter sordidum sermonis genus
 carpam & corrigam, id quod & quivis, qui vel medio-
 criter Grammaticam est edocitus, qui vel primis saltē
 labris degustavit literas ac humaniores imbibere artes in-
 cepit, facili negotio citra ostentationis citraquæ arro-
 gantiæ aleam (extra quam & me hac de causa ponatis
 velim) præstare potest.

Sed & nolim temeritatis me stigmate notetis, nolim
 audaciæ notâ mihi inuratis, quod huic me Herculi oppo-
 nam

Tractat. de
 notis veræ
 Eccl. Pag. 1.

nam Cacolico, quod contra eundem insurgam, quod in Ur-
sorum ac Viperarum Domitorem irrumpani. Etsi enim, quod
credo, contra Herculem aliquid machinari non ita tutum
sit, tamen minimè mihi timco. Nam si immanis ille ac
monströsae magnitudinis Goliath à Davide minimæ in-
ter fratres statu& prostratus occubuit, quidni ego Hercu-
lem hunc Pontificium, Goliaithum Romanum, ferulis, baculis
& verberibus, si esset præsens; absentem verò vel solis
verbis domarem? Non ergo trepidabo, Priscianum
innocentem à furibundo isthoc Hercule ubique & sem-
per vapulanten liberabo, succurrām misero, sanabo sau-
cium, & ex manibus Heresiarchæ vindicabo malè tracta-
tum; nequissimum verò Prisciano mastigen Schuele-
rum si tractavero inclementius & durius, quam par esse
vobis videatur, ne condolete, commeritus est, cum si-
lentio saltem vos miki interim adeste.

Huj! quid feris tot ictibus innocentem horride
Prisciano mastix Schuelere? quid furis? quamdiu furor
iste tuus hunc politioris literaturæ virum eludet? quo-
usquè tandem abutere ejus patientiā? Non est ei mem-
brum, quod illæsum reliqueris, quod non sauciāris,
quod non veneficis percussleris ictibus; Grammaticam
ipsam, ingenuam illam purè benequè loquendi artem,
monstrofis folœcismis, fœdis verborum formulis & im-
puris sermonum generibus fædasti turpissimè. Hoc
primum est & maximum quod nunc in te vindicabo.

Sed & alterum indignum non minùs ac nefandum
facinus vehementer detestor, o homo barbare! quod into-
lerandâ tuâ barbarie Latini sermonis Authoribus omni-
bus summam feceris injuriam, & maximam creâris mo-

lestiam, quam utut depreceris, natibus tamen tuis lues,
ut es commeritus.

Ut tuis utrumquè subijciam oculis, cùm scholastici
pueri versari initio debeant circa Grammaticam, ean-
dem & tibi proponam descendam, ut dignoscas ipse
quàm fædatus sit à te & conspurcatus utraqùe parte ter-
fissimus cæterùm iste liber.

Grammaticæ igitur, benè loquendi artis, partes duas
esse teneas, Etymologiam & Syntaxin: sed quæ partium
illarum integra, quæ incorrupta, quæ pura mansit? Non
regulam excipies, quæ non maculis aspersa sit turpissi-
mis, quæ purgatione sedulâ & operosâ opus non habeat.

Pag. 83. Etymologia, Grammaticæ (ut dictum) pars prima,
primò omnium de legitima vocum ex literis & syl-
labis constitutione differit, docetq; *majusculis literis*
communiter in orationum & sententiarum principijs; in
nominibus itidem proprijs personarum, locorum, nationum,
officiorum & similiū utendum esse. Sed cur tu Schue-
lere ineptule & verborum imprudens imprudenter
ponis literam minusculam in voce *palestinis* loco ma-
jusculæ pro *Palestinis*? & cur ex imprudentia iterum in
regulam impingis eandem, asine, vocem *Gry* majusculâ
literâ pro minuscula *gry* absurdè & ineptè scriben-
do? Docet etiam recta voces constituendi ratio, ut *ne*
literæ pro literis, ne vocales pro vocalibus, quæ eundem fermè
sonum habent, pronuntientur aut scribantur, ne verbi gratiâ
bolus ineptè scribatur pro polus, pariter ne aquus ponatur pro
equus, nec dego pro tego, neq; fallo pro vallo pronuntietur.
Epist. dedi-
cat. Sed hoc cur à te negligitur? cur non observatur? cur
a pro a in voce *amanitatis* ponis? cur contra hanc Gram-
maticorum legem Johannem cognomento *Eckium* vo-
cas

Pag. 533.

Prolog.

cas, ineptā literā h̄ pro & scriptione, *Echium?* Cur contra eandem peccāsti legem, ubi tacere te *Sofinum* (ineptē pro *Socinum*) scribis? Nempē quia ex Latino-Gallia prodijt, & tu (sic loqui mihi liceat) Latino-Gallus es. Sed & opus correctione habet vox *lympida*, & pro y ponendum i: nam vulgō *limpida* non *lympida* scribitur. Sic *Hebreum* præpostorē scribis pro *Hebreum*. Sic etiam voces sequentes ineptē & falsō scriptas esse deprehendi: *Nicenū* pro *Nicenum*; *pomærījs* pro *pomærījs*; *cāpit* pro *cāpit*; *ἀπενήσος* pro *ἀπενήσος*, ineptā vocis & scriptione & significatione: *scriptionē* dixi ineptam esse, quūm χ pro x scribis; significationē verò pariter, quūm *ἀπενήσος* tibi significet *electionē*: atqui nomina in τῷδε exeuntia agendi vim designant, & *ἀπενήσος* propriè significat *eum qui eligit*, vel *qui ad eligendum aptus est*; aut si vocem exponas passivē, *eum qui deligitur* significat, ut disces ex Lexicis. Nec pati possum, quoties scribis, scribis autem aliquoties, *phanaticum* pro *fanaticum*. Nec feram verbum *refranare* per *α*, sed per *ε*, vel potius per *e* scriptum. Deleto verbum *facescit*, pro quo scribito *facesit*; pro *δειτόχος*, *δειτόκος*; pro *ἰαγνὸν* scribito *ἰαγνὸν*; pro *observandissimi*, *obser-* *vantissimi*: non enim nostros Theologos, sed te scriptorē imperitissimum authorem habet illa scribendi ratio. Num etiam vocum natura & constitutio tibi concedit, ut literas simplices pro geminis & duplicatis; vel contrā, geminas & duplicatas pro simplicibus ponas? ut *oportu-* *Epist. dedi-*
num pro opportanum, sic etiam *oportunē pro opportunē scri-* *cat. & infra*
bas? item *transierit*, absurdē cum duplicit, *pro transierit?* Utinam transiſſet jampridē tua scribendi ignorantia & crassities! Ad quid etiam duplex illud / in voce *solenni*? *Pag. 209.*
deleto unum asine! nam sic scribere vocem classicis

Authoribus & Grammaticis solenne non est. Hæc ipsa

^{Pag. 266.} litera redundat in voce *pallantes*, quam velim expungas: ineptule. Ecquid multa blateras contra Orthodoxos,

<sup>Pag. 303.
306.</sup> qui vocem *blaterare*, uti decet, scribere ignoras? quasi verò cum duplice & scribenda esset? nā hinc quæ *blatteras* in vanum te contra eos *blaterare* manifestè colligitur.

^{Pag. 555.} Quām ineptè veteribus nos *aglutinatos* scribis esse hæreticis! Authoribus quæso te *agglutinato* classicis, ut tuo *agluttinare* una adhuc *agglutinetur* litera, ne barbaris Grammaticæ hostibus planè *agglutinatus* esse videaris.

^{Pag. 600.} Quid Sophistas alloqueris his verbis, *Arrigite aures ad veritatem catholicam percipiendam?* Cur non potius sic alloqueris Grammatistas? *Arrigite aures ad percipiendam catholicam meam, proh dolor!* stupiditatem, meam in literis inscitiam. *Arrige mi Shuelere*, mi discipule, aures porrò attentas & patientes ad percipiendam & hanc Grammaticorum regulam, quam de modo scribendi derivativa tradunt. Attende, sic sonat regula:

Derivativa sequi suorum primitivorum scripturam debent. Dabo sensum regulæ, quam nondum intelligis, ut video ex erroribus qui contra eandem passim impingunt, quos etiam recitabo quamprimum. Hic regulæ sensus est:

Voces derivativas non alijs sed ijsdem tūm vocalibus tūm consonantibus scribendas esse, quibus eæ ipsæ voces à quibus derivantur, hoc est, quibus primitivæ scribuntur.

<sup>Epist. dedi-
cat.</sup> Quid ergo? Num vocem *Cœlestis* pro *Cæleſis* rectè scribis? Est enim derivativa à *Cælum*, quod ita dictum est quasi *νέλον*, à *cavitate*; quod *cavum* sit *Cælum* à qua parte regioni elementari obvertitur. Ergo si *oi*, diphthongus Græcorum, Latinis idem quod *a vallet*, *Cælum* non *Celum*, item *Cœlestis* non *Cæleſis* scribi debet.

bet. Sed quid porrò committis? vah! *Cherintam* scribis duplice errore pro *Cerinthum*. An ignoras, qui *Cerintho* similis es, Κέρινος nomen Græcum esse; & *Kappa* Græcorum non *Ch* sed *C* Latinis valere? an etiam nescis δ non τ, sed idem quod *th* esse apud Latinos, adeoque non *cherintum* sed *Cerinthum* scribi debere, si derivativa suorum primitivorum scripturam sequi debent? Si quinetiam *Presbyteratus* à Græco ψηφίσθε, quod *senem* significat, descendit, profecto non *Presbyteratus* sed *Presby-* Proloq.
teratus scribas oportet. Vah! qui degis in Monachatu & gaudes *presbyteratu*, nescis rectam hujus vocis scriptio-
 nem, mento & ætate senex es, sed mente & ruditate
 puer: at ignosco memor proverbij, σιγμαδις οι γεγυτες:
 imò (ut Senecæ mihi verba vindicem) non bistantūm
 puer es, ut vulgo dicitur, sed semper: verūm hoc interest,
 quod majora ludis, senex ætatis vitio desipiscis tanquam
 in pueritiam iterum revolutus, & puerilibus quibusdam
 studijs intempestivè & indecorè detineris. Cur sic scribis
Chimerā, vel sic *chymeras*? nempè quia Græcis dicitur χιμαι-
 ga? verè *chimæra* est haec scriptio. Cur *Armeniani* pro
Arminiani? Quia prodierunt ex *Armenia*, scil. Quid etiam
 p̄notat in novo illo epitheto *Sampsonica vulpecula*, quod à
 nomine proprio *Samson* derivatur? In voce *pederastræ* du-
 plex scriptio vitium coñittis: utinam non vitium *pæde-*
stræ ipsum coñissimes impurissime nebulo, cuius Calvinū
 mendacissimè accusas ex *stygio* Bolleco excucullato illo,
 maledicentissimo, & multis nominibus infami homine.
 Hui vocem horreo! corrige vitiū, corrige scriptio-
 nem, & pro *pederastræ* scribe *pæderastia*, cùm græca vox sit, & græ-
 cè *paidegia* dicatur. Corrigequoq; tu scelerate Latini.
Proloq.
Pag. 637.
Pag. 6.
Pag. 16.
Pag. 33.
sermonis.

- Pag. 16. 51. sermonis pirata scriptionem vocis Pyrata, abiisse u. Πύρα, quod Græca vox πυρά nulla admittit ratione. Nec cùm Græci πυγμαίον dicant, Latini concedent ut Pygmaeum, sed Pygmaum scribas. Quis admittet vocem hyperaspidem ineptè per d scriptam? insigniter Græcè doctus es, si iεφασμήν origine sua Græcam esse vocem ignoras. Sed echo! dic quæso, mi schuelere, quid Cacolici ex practica verborum prolatione praticè contra Orthodoxos praticant? Phi quale chaos verborum, dùm modò propositiōnem, modò enuntiationem practicam vocas! Abstine quæso à turpi hac & inepta scribendi praxi, desine praticare, desine praticè loqui, si nolis, ut sis ludibrio & risui omnibus, qui veram scribendi & loquendi ἀρπάξῃ te nent & amant. Phi quot voces ineptè & perperam scriptæ! Apocalipsin, & histeron proteron scripsisti Latinè, ac insuper cum i pro Ἀποκάλυψι; pro ὑπερβολώντεσσι: quia ne Latinam quidem, nedum Græcam didicisti orthogra-
Pag. 94. 98. phiam, & proinde hâc scriptione Friburgense secutus idio-
ma jotacismum coñittis sic Apochryphis ineptè scribis pro Apocryphis; ineptè Originē pro Origenē; Mastigē pro Mastigē; obscenitatē pro obscenitatē, quod est à Græco νοιον. Vah! tu irridendus es merito, qui Enthousiasias, irridens nescis quomodo horum quos irrides nomen scribere debeas: Enthousiasia ab ενθουσιαζω nomen habent: jam verò τὸ u Græcorum non respondet y, sed Latinorum u, & τὸ v litera y. Sed quid Berchtoldum Hallerum (o tantum virum!) impudenter virum vocas obularium? te profectò semiobolarem non judico, nec semiobolaris tua scriptio est, dūm obularium pro obolarium scribis: nam quia derivatur à Græco ὄβολος, non obulus, sed obolus scribi solet. Cur citas primitivæ Ecclesiæ patrem Irenaeum? Virum te non nosse ex falsa
- Pag. 113. 120.
- Pag. 133.
- Pag. 168.
- Pag. 494.
- Pag. 171.

ex falsa tua scriptione conijcio: nam non *Ireneus* sed *Ireneus*, Græcè Εἰρήνεος, scribitur. Redde rationem, cur per & scribis proscenium? fortè quia Græci τεγούνιον scribunt. Cur ibidem tibi *theffera* scribere pro *tessera* placuit? Dic causam, tu *Schuelere*, qui perversæ scriptiois *coryphae*^o es impudentissimus, cur *coryphaeus* scribi velis, non *coryphaeus*, Græcè κορυφαῖος? Quâ authoritate e ponis in voce coetanei pro &, cùm ab *etas* derivetur? Quâ regulâ femininum non *fæmininum* scribendum esse censes? pudeat! tantum quinques erronea hujus vocis scriptio in septem lineis occurrit: quinques certè virgis castigandus esses, & septem colaphi tibi impingendi, qui toties contra eandem vocem impingis. Imò si *Alexander Macedo rex magnus* pag. 338.
Chærilo poëta pessimo (uti refers & approbas) tot colaphos rependi jussit, quot malos versus fecisset; quis indignè ac iniq[ue] ferret, quis improbaret, si tot & tibi, Grammatistæ pessimo, colaphos impingerem & rependerem, quot tu errores in dicendo scribendove comisisti, quot tu mala verba fecisti? Dares, *Schuelere*, hanc pœnam meritò, qui in eum ipsum impingis tāni graviter ineptā tuā ac insulsā scriptione, cui propter quemvis versum malum colaphum rependi Rex dictus jussit, *Chærilo* nominatim, quod ipsum nomen ineptissimè per & scribis, quippè à Græco Χοίελης originem suam trahens. Quis, si te, *Schuelere*, exceperis, unquam per & vocem *diæcessis* pinxit, cùm Græcè διοίννοις dicatur? Quis Hebræam vocem πνεύ fecit, latine scripsit *Asach*, nisi tu, qui Alphabetum Hebræum, Hebræarumq; literarum figuram & valorem nescis? Quis etiam *drackmas* pro *drachmas* scribebat, qui Græcè σπαχυν̄ scribi novit? Quis scripsit *Gry* pro *gry*? certè præter te adhuc nemo: ô utinā ne ρεύ quidē scripsisses aut

Pag. 373.

Pag. 384.

Pag. 510.

Pag. 533.

Pag. 561.

aut dixisses! Num approbabit vocem *cæmeteria* is, qui
καιμητεια Græcè dici novit? Num quis tibi applaudet, si
cæmeteriorum inanem usum *questus* (absurdè pro *questus*)
causâ repertū esse scribis ibidē? inanis hic scribendius
est, inanis hic etiam *questus*, qui tibi reverā *questum* parit.

Pag. 567. Ecquis in *risum* & *subannationes* cum illis non solvitur,
quos dixisse refert Schuelerus, magis conveniret, ut loco cereo-
rum accensorum *scyphi* (sic turpiter scribit) pregrandes
mero spumantes funeri (Johannis Jacobi Manuclis puta, à
vera religione ad Hæresin deficientis) preferrentur. Heml
tot *scyphos* mero spumantes sacrificulus Bibulus Caldius
Mero exausit, nec dum scit, quomodo *scyphus* scribatur:
scyphi scribit, deducens fortè à Germanico Schäffii in-
strumento loturis adhiberi solito, certè commode ad-
modum pro sua gula: quamvis vulgò *scyphus* scribi & à
Græco οὐφος deduci soleat. Hui mecum ridete, Præst.
Aud. mecum subflannate dicentes: Magis conveniret, ut
loco cereorum accensorum pregrandes scopæ & ferula Schue-
lero preferrentur, quibus nates illius ad sanguinem usq; cede-
rentur. Sed quid, inquit, Aetyopem dealbo? Aetyops, Græ-
cè Αἴθιοψ, egregie per y scribit & homittit: phi! quis fa-
cificulum hunc veré Aethiopem dealbet? qui non in
calumniarum modò & mendactorum, sed & turpissimo-
rum σφαλμάτων barathro convolutus jacet? Cum satyrico ex-

Pag. 598. Juvenal. clamare licet:

Satyr. 2. *Quis cælum terra non misceat, & mare cælo,*
Si fur accuset Verrem, Catilina Cethegum?

Pag. 610. Sed quis non miratur maximoperè? quis non mirum
in modum extollit hunc Virum tam insigniter Græcè
doctum, qui in unica hac vocula *hemoroissa* (ohe! nonne
summus pudor est?) tantum quatuor errores committit
ortho-

orthographicos: Græcè enim scribitur *αιησθησαντες*: profectò minus Schuelerum mentis quām cimicem sanguinis habere credo. Hui stupide, quando tandem sapies? quando addisces Orthographiam?

Ne literas quidem in combinando dividere rectè nosti: ne quidem hanc, quam de literarum divisione in combinatione Grammatici tradunt, observationem observasti: *Consonae qua in voeis alicujus principio conjungi possunt, in medio simplicis vocis conjunctè quoq; tam pronuntientur, quām scribantur: ut in his vocibus; a-ptus, o-mnis, do-ctus, tene-bra, na-blum, di-scus.* Literas pi in voce a-ptus conjungimus, quūm & easdem in principio vocum aptè conjungi posse doceat Ptolomeus. Sed tu quid ineptis Schuelere? nonne correctione dignus, nonne virgis corripiendus es, quòd literas conjungendas dividis, & dividendas conjungis? dum scribis *correp-ti* pro *corre-pti*; Epist.dedic. sic in *cæp-tum* pro *cæ-ptum*? Et quid? Si *m* & *n* in principio harum (*Mnemosinon*, *mnemonica*, *Mnesimachus*, *Mnesitheus*) & aliarum complurium vocum combinari possunt, num easdem & in medio hujus vocis *eru-mna* pro *erum-na*, combinare non debuisses? Si *Ct* in principio vocis *Ctesiphon* conjunguntur, nonne rectius conjunctè quoq; in medio vocis (*invic-tissimis*) quām separate (*invic-tissimis*) pronuntiantur & scribuntur? Neq; *bl* in medio vocum *pub-lici* & *pub-licè* dividendæ fuissent, quum ab his ipsis Consonis principium suum verba, *blasphemare*, *blaterare*, & alia complura sumant. Neq; *br* divisim, *ð* ebriose sacerdos leguntur ac scribuntur, nisi à te: sed *ebrius* fuisti: nec enim sobrius sic scripsisses: conjungi namq; has Cōsonas in principio vocum posse, exempla sexcenta probant, & ubiq; locorum viri docti docent, *Brandolphus*

C

in

Prolog.
Epist.dedic.

Epist.dedic.

Prolog.
Pag. 305.

*Brabantia, Brentus ille breviloquus in Brettotia, Britanni
in Britannia, Brutus in Brutobria: sed tu Schuelere brutus
es. Quid quod & in voce (discipulis) ineptè divisoris tu
infelicis ingenijdi scipule consonas s & c, quas conjun-
gendas & conjunctè pronuntandas esse scholastici in
Schola, si vel scintillulam scientie habent, ex Scipione
sciunt. Ecquid sibi volūt in poëana duo illa puncta vocali e
imposita? quæ necessitas urget ut ex una duas facias syl-
labas? ut & pro & ponas? ut absurdè ac incongruè pœna
ante victoriam canas? Græci παιᾶς canunt, nec quen-
quam hic diæresi locum concedunt. Tibi verò ob hunc
orthographicum pœna debetur.*

Sed necesse Schuelere est, ut quemadmodum de re-
cta vocum constitutione & combinatione ex Gramma-
tica te hucusq; erudivi, sic te quoq; erudiam de vocum
differentia ipsa (quà qualibet vox, quomodo à qualibet alia di-
fingatur, cognosci vel ex communi accidente vel specie potest,)
& quicquid circa hanc ruditatis & cruditatis vocibus ir-
repsit, emendem ac Criticis expungā unguibus & litoris.

Circa Commune accidens, quod & Nōratiōnis nomi-
ne venit, versari sic solent Grammatici, ut de cuiuslibet vo-
cis origine & scaturagine disquirant, primā vox aliqua sit, an
aliundè derivata? sitne etiam vox simplex, hoc est, in partes
significantes ejusdem originis individua, vel an sit vox compo-
site, & talis quæ in partes significantes plures dividi commodè
posuit? Sic haud obscurè docent Grammatici: sed tu
Schuelere quid ineptis? quid contra hoc Grammatico-
rum documentum eheu, vocem certè simplicem & in
duas individuam dividis, ac e & heu voces quasi duas se-
paratim scribis? eheu vesanus es & vecors! eheu stoli-
dus & stupidus, quòd eandem repetis vocem, sed ite-
rum

Epist. dedi-
cat.

rum è heu in duas divisam & disceptam! Ecquæ hæc
verborum varietas & mutatio? Mutavit *Dn. Doctor &*
Protonotarius suum scribendi stylum, & constavit ineptè
duas voces distinctas in unam, atq; *impostorum* pro *in pos-*
terum præposterè scribit: ó utinam hunc errorem *in posle-*
ram corrigat, emendet, & distinctius ut duas voces distin-
ctas scribat! Heus bone vir, quàm probè vocalium mu-
tationum in verborū compositione observasti, quasi ve-
rò *condamno* rectius dicatur quàm *condemno*; scilicet, quia
ex *con & damno* componitur; quasi verò *impartiri* usita-
tius pariter & elegantius sine Vocalis mutatione pronun-
tietur quàm *imperiri*, quùm & simplex ipsum *partiri* vo-
cali a gaudeat! Ohe si tot colaphos tibi impertirem,
quot errores in dicendo scribendove committis, pe-
riores citò miserrime.

Pag. 626.

Pag. 631.

Pag. 72.

Pag. 69.

Sed reliqtis differentijs & communibus vocium acci-
dentijs ad *Species* tandem, quas *Partes orationis* vulgò vo-
cant Grammatici, accedemus. Harumi quotquot sunt
(sunt autem octo sequentes: *Nomen*, *Pronomen*, *Verbum*
Participium, *Adverbium*, *Conjunctio*, *Præpositio*, *Interje-*
citio) profectò omnes, nullâ exceptâ, intolerendâ spurci-
tie infectæ, & maculis aspersæ sunt turpissimi. Videbis
ipse, ni vel hallucineris, vel cœcus planè sis, si jam *Partes*
orationis in eo quo sequuntur ordine singulas ad ex-
amen, ad limam & incudem revocavero; fateberis ultrò,
si maculas, quas aspersisti singulis, abstersero & eluero,
si injuriam Prisciano illatam vindicavero. Vel quid tu
aliud, quàm injuriam Prisciano infers maximam, qui
Orationis partes temerario ausu immutas? qui voces nu-
meri vocibus sine numero cōmisces? qui *Adverbium* ex
Nomine singis & pingis? num *volupe* *Adverbium* est? num

Pag. 18.

C 2

nota

notari cum accentu debet, quasi Adverbium esset? phi nescit posthac cum accentu hanc scribere vocem tibi *volupte*. Quæ hæc est inepta *Participij* in *Substantivum* nomen im-

Pag. 26. mutatio, *Certum* est *Prædicantes cultum*, cùm dicis; *imaginibus debitum & crucifixo idololatriam vocare?* Si *crucifixo cultum* debes, ea dic quæso, cui *crucifixo?* *Cultum crucifixo Christo* debes, novi: sed hunc quis sanæ mentis idololatriam esse dicet? An *crucifixo ligno*, vel *lapidi?* Fortè *signum & imaginem crucis* intelligis, quam Latinè *crucifixum*, germanismo perquam eleganti, appellas: hoc si sit, *cultum tuum idololatriam optimo jure voco*, te verò *cultorem idololatram & cruciarium* meritò nomine, ut potè & *cruci* qui affigaris, qui *cruciatibus* officiaris summis profectò dignissimum. Hanc ipsam elegantiam etiā alibi affectas, cùm scribis: *In hoc præpositio notando differui, &c.* *Participium iterum pro Substantivo, notandum, a, um pro nota & usurpat:* vah quid ineptius? vos interim, *Prae. Aud. notando notate summam Schueleri* stupiditatem & ignorantiam, cuius *notas* & vestigia multis in locis reliquit. *Notate* hanc vocem quam repetit substantivè videlicet acceptam, inquiens: *hoc notandum scatet consuetis defectibus.* Eho! quis vetabit, quò minus dicam, scatet, quod omnino *notandum* est, liber iste tuus, ô *Schuelere*, consuetis defectibus, monstrosis folocismis ac insulsis fallacijs & erroribus. Anne aliis unquam hactenus usus *Adverbio* est pro *Adjectivo?* an quisquam est qui dicat, *manducationem corporaliter non carnaliter?* profectò scio præter te *Schuelere* neminem; ô si tuam manducasses & ruminasses Grammaticā, si hujus succum & sanguinem tot imbibisses haustibus, quot vinum è poculis ebibis, si tot vigilijs tantaqñè olei expensâ excusfesses,

Pag. 195. *notandum* scatet consuetis defectibus. Eho! quis vetabit, quò minus dicam, scatet, quod omnino *notandum* est, liber iste tuus, ô *Schuelere*, consuetis defectibus, monstrosis folocismis ac insulsis fallacijs & erroribus. Anne aliis unquam hactenus usus *Adverbio* est pro *Adjectivo?* an quisquam est qui dicat, *manducationem corporaliter non carnaliter?* profectò scio præter te *Schuelere* neminem; ô si tuam manducasses & ruminasses Grammaticā, si hujus succum & sanguinem tot imbibisses haustibus, quot vinum è poculis ebibis, si tot vigilijs tantaqñè olei expensâ excusfesses,

Pag. 260. *notandum* scatet consuetis defectibus. Eho! quis vetabit, quò minus dicam, scatet, quod omnino *notandum* est, liber iste tuus, ô *Schuelere*, consuetis defectibus, monstrosis folocismis ac insulsis fallacijs & erroribus. Anne aliis unquam hactenus usus *Adverbio* est pro *Adjectivo?* an quisquam est qui dicat, *manducationem corporaliter non carnaliter?* profectò scio præter te *Schuelere* neminem; ô si tuam manducasses & ruminasses Grammaticā, si hujus succum & sanguinem tot imbibisses haustibus, quot vinum è poculis ebibis, si tot vigilijs tantaqñè olei expensâ excusfesses,

Pag. 302. *notandum* scatet consuetis defectibus. Eho! quis vetabit, quò minus dicam, scatet, quod omnino *notandum* est, liber iste tuus, ô *Schuelere*, consuetis defectibus, monstrosis folocismis ac insulsis fallacijs & erroribus. Anne aliis unquam hactenus usus *Adverbio* est pro *Adjectivo?* an quisquam est qui dicat, *manducationem corporaliter non carnaliter?* profectò scio præter te *Schuelere* neminem; ô si tuam manducasses & ruminasses Grammaticā, si hujus succum & sanguinem tot imbibisses haustibus, quot vinum è poculis ebibis, si tot vigilijs tantaqñè olei expensâ excusfesses,

sses authores Grammaticos, quot & quantâ humores bacchicos, manductionem corporalem & carnalem & rectè quidem scripsisses. Quid mihi portentam unionem & indifferentiam nobis intercedere in Religione cum Lutheranis memoras? Sit aliqua unio & conformitas! quis hanc improbabit? sed ego si memorem te Substantivum pro Adjectivo posuisse, si memorem te portentam scripsisse pro portentosam, quis est qui hanc ineptiam non improbet? Quo quæsto authore portentum adjectivè sumas mihi memorares. Plautum quidem linguae ac elegantiae Latinæ, si Gellio credimus principem nominabis, portentum adjectivè utiq; sumentem, qui portentū malum in Cœcyl. Act. 2 Scen. 2. dicit. Ast mi Schuelere, quām parum Plautus tibi favet, si verba ipsa quæ refert recitem, senties: adverte, inquit, pacem à me petas, ne forte tibi eveniat magnum malum, quod in quiete tibi portentum est. Passivè hic portentum à Plauto quidem sumi fateor, sed participialiter, & proinde nihil aliud significat malum portentum, quām malum quod prædictum est & prænuntiatum: si jam unio portenta sit tibi quasi unio monstrosa, à Plauto dissentire te longissimè, liquido constat. Memores quinetiam mihi, te Domine Doctor, rogo in qua schola comparare nomina Substantiva didiceris? memores mihi velim, in qua tu officina portentiſſimos (rectius dices portentosíſmos) illos errores fabricaris: næ portenta sunt & monſtra, quæ jure meritoq; execramur, & eum à quo sunt fabricata, quippè fanatico furore plenum detestamur. Sed valde miror, quinam in unam ſectam coierint? Zwinglio- Calvini abs te quidem vocantur; sed horum patria planè me latet, quam ut signifiques mihi humaniter rogo. Zwinglium & Calvinum acerrimos fidei Orthodoxæ

Pag. 347.

Pag. 390.

Pag. 120.

vindices fuisse, utriusque tūm *Zwingly* tūm *Calvini* scripta probant. Sed *Zwinglios* plures aut *Calvinos* multos vix hodieq; esse existimo, multò minus in unam eos *sectam coisse*, & hinc *Zwinglio-Calvinos* factos esse reoc. Sunt forte *Zwinglio-Calvini* illi tibi, qui *Zwingly* doctrinam fovent ac defendunt, & qui *Calvini* dogmata, quippe orthodoxa & pia amplectuntur, venerantur & defensulantur: sed attende mi *Schuelere*, ut illos qui *Papa* & *Pontificis* Romani traditiones arctè tenent accurateq; defendunt non *Papas*, non *Pontifices*; sed *Papanos*, sed *Pontificios* vocamus: sic si à *Zwinglio* non *Zwinglios*, sed *Zwinglianos*; à *Calvino* non *Calvinos*, sed *Calvinianos* vocitasses, vocitasses hosce quidem non sine scommate & convictio, sed tamen sine turpi Grammatices vitio: at nunc non sine utroq; *Zwinglio-Calvini* vocantur. Sed nec vitio nec culpâ cares, quod vice versâ *Adjectivum* pro

Pag. 392. *Substantivo usurpas*, scribens: *Traxisse eum ad loca bucolica Episcopi*: perbellè scilicet *bucolica* cē dicitur, perinde ut *stulta* *stultica*, & *Schuelerica* cē: *buculus* profecto potius tu es aut *buculus* quam sacrificulus, & ad loca *bucolica* abigendus.

Sed nunc etiam eos, qui in *Nominis accidentia* impingunt errores, corrigam ac ostendam, quidue insuper Prisciano vapulanti accidat, referam. *Sunt quae nomini accidunt inter cetera*: *Genus*, *Numerus*, *Casus Declinatio*, & si Nomen aliquod sit *Adjectivum*, ei preter hæc quandoq; accedit *Comparatio*. Verumen invero vel unicum ex his nominatum non excipitur, in quod non gravissimè impegeris atq; peccaris; *Genus* num excipies? Cur ergo *vigilium* pro *vigiliam* scribis? Miror quinam sit in *vigilium* unquam excitatus: aut certè *vigilius* ī *Masculinum*

Epist. dedi-
cat.

Enī tu generis esse putas; aut Neutrius, & vigilium ī dici somnias, ast ego *vigilia* & probatā authoritate dico, & generis esse Fæminini constanter assero. Næ virgis te, Schuelere, ad vigiliam & linguæ Latinæ purioris studium magis quām ad tripudium excitandum esse judico. Quæ, minor, hæc est Generis varietas? *Tapetiarum* (verba *avv-*
λιξει tua recito) *species innumeræ taceo, inter quos tapetes unum Hungaricum erat nobilissimum, &c.*: hem! miræ & meræ elegantiæ, nova sermonis species & stupendum verborū genus! *Tapes etiā, in Masculino quidem genere dici, ac tapetum i, vel tapete tis, in genere reperiri Neutro,* quis est qui negare ausit? Sed quā authoritate innixus *tapetia* &, in genere Fæminino, in usu esse Schuelerus affir-mabit? Quid idem ille ibidem de enormis proceritatis Christophoro dictitat & blaterat? Verène dicit quòd lateri ejus ensis appensus & manui dextræ *bipenne* inser-tum sit? Vah! hallucinatur, non *bipenne* insertum, sed *bipennis* ejus dextræ inserta fuit, si probè memini. Tuo verò libro, *Schuelere*, tot solœcismi, tot errores, tot blas-phemiæ sunt insertæ, ut jam pridem meritus sis quòd *bipennis* tuo collo & capiti, vel saltem virga tuis natibus, aut dorso à carnifice insereretur.

Præter Genus Nominis accidentibus annumerari quoq; diximus Numerum, quòd efferri quid de uno vel pluribus solet: & eundem vel Singularem, quo unum ex-primitur; vel Pluralem quo plura enuntiantur, Latinè lo-quendi artis periti vulgo statuunt: & si quæ nomina sint, quæ vel alterutro carent numero, vel usurpantur rariūs, diligenter discipulis inculcāt, certisq; memoriæ juvandæ causā versibus ea quæ *Singularis tantum numeri & generis sunt. Fæminini* comprehendunt: quorum vel unicum qui ad

Pag. 622.

ad nostrum sufficit institutum tibi recitabo versiculum,
ut & tibi cuius sit vox *proles numeri* constet, & institua-
ris. Audin' asine!

Fæminina Singularia tantum:

Fama, salus, soboles, proles, fuga, gloria, tellus.

Num intelligis? num vocem *proles singularis* tan-
tum numeri esse percipis? ohe! desine ergo ineptire,
desiste eandē enuntiare de pluribus, cūm Plurali numero
Pag. 659. caret: nec posthac tot prolium morbos ordinarios curandos
dicito: nec quærito tām absurdē, tām stolidē, tām ineptē,

Pag. 660. quid *proles ad pubertatis annos* provecta sc: agent? echo!
quid quæsto Schuelerus agit, ad nescio quot ætatis annos
provectus, scelerata illa *proles*, incerta & parentis ignara
proles? Sed nonnihil condonabo ei: quod enim hoc loco
non observatum & perperam dictum est, id corrigit ali-
bi, ac *Singulari* utitur numero. Ubi? In sua magna Hel-
vetiorum Chronica. Perquam appositè & eleganter dici-
tur *Chronica* &: sicut *Biblia* &, *Acta* &, *Georgica* &, *bellaria* &:
O quām lauta & delicata sunt hæc Monachorum palatis
bellaria!

Nescio quo præterea casu in nominum inaptingat
Casus: cadit semper & ubiq; pessimè ac pericolosissimè, atq;
in eos cum fortuna, aut (ut rectius dicam) in scita casus de-
mittit, qui aut varij, aut cæci, novi, ancipites, fortuiti
atq; mirifici sunt; aut casus, in quos impegit, dicendi
non sunt. *Casus* enim anomaliam atq; defectum quedam
nomina pati; Interrogativa nominatim & partitiva pleraq;
pentaptota esse, ac casu quinto, Vocativo nimirūm carere, ne-
mo est Grammaticæ tam ignarus, qui ignoret præter
meum ipsum discipulum Schuelerum, qui duo partitiva
quivis & alius in vocandi casu ponere haud dubitavit:
qui

qui etiam casum Accusativum pluralē singularis Nominativi loco usurpare, & sic ineptè scribere non erubuit:

Audiamus nunc Bucerum quām sincerē & doctē praeallegatum locum Act. 13. interpretetur & elidat ex alijs S. Scripturæ locis, præsertim ad Rom. 13. ubi Paulus superiorem politicum vocat, Dei enim minister, Græcè λειτηργός. Imò verò audiamus nunc Schuelerum quām sincerē & doctē ipse utrumq; locum alleget & interpretetur. *Minister enim Dei est* (ait) Græcè λειτηργός. Verba namq; Latina quæ Schuelerus hīc citat leguntur Rom. 13:4. Sed parùm sincerē indicat in Græco esse vocem λειτηργός: occurrit enim ibi vox διάνοιας. Sin verò prætendat, verba allegata ex vers. 6. desumpta esse, judicet qui Græcè declinare & conjugare didicit quām doctē Schuelerus verba Apostoli Pauli (λειτηργός γὰρ θεῶς εἰσιν) Latinè vertat, *Minister enim Dei est*: audiat quām sincere, quām doctē, quām peritè dicat in Græco haberi λειτηργός: aut enim affingit Apostolo Paulo solœcismum, quasi λειτηργός pro λειτηργόν, hoc est, Accusativum plurale pro Nominativo posuisse; aut ipse eundem committit: quorum illud detestabilis impudentiæ, hoc sumimæ est ignorantia. Videamus por-
rò quām doctē scripsérunt vocem λειτηργόν vel λειτηργόν
τὸν ex Act. 13:2. pro λειτηργόντων ἀ λειτηργέω, scilicet ministe-
rium publicum obeo; non ἀ λειτηργώ, quæ vox Græca non
est: audiamus quoq; quām sincere verba Græca λειτηρ-
γόντων δὲ αὐτούς interpretatus sit, *ipsis autem missam cele-
brantibus.* Nec satis doctē, imò non recte ab illo dici-
tur: *Liturgiam* (Latinè namq; hanc vocem scripsit, ne
vel in Orthographiam vel accentum peccaret, quod ipsi
in citandis Græcis propter inscitiam est familiare) secun-
dum Etymon nominis dici ἀ λειτού, publicum & ἐργόν, munus,
seu

Pag. 390.

Pag. 389.

390.

Pag. 391.

Pag. 12. 54.

63. 75. 130.

179. 244.

249. 262.

579. 643.

D

seu opus: nam λειτοῦ Græcum non est. Rectius abs te,
Schuelere, dictum fuisset: λειτεργίας nihil aliud propriè
 esse, quām actionem aut operationem publicam, & derivari à
 ληιτεργίας, contracte ληιτεργίας, pro quo tamen səpiùs legi-
 tur λειτεργίας, qui publica operatur, παρὰ τὸ ληιτοῦ publicum
 καὶ τὸ ἔργον opus.

Heu! quantum declinas à Grammatica, dum hæc
 pag. 119. ineptè declinas ac flectis nomina: *Sirena* a, *Icona* a.
 & 619. *Sirena* monstra sunt: novi. At ex quo nascuntur semina-
 rior? Et num nominibus declinationis Primæ hæ voces
 sint accensendæ; num *Icona* a, *Sirena* a, sit dicendum,
 hoc est de quo valdè dubito, siquidem doctiores *siren*
is, *Icon* is; In Plurali *Sirenes* & *Icones* dicant, hæcq; Ter-
 tiæ potiùs declinationis nominibus annumerent.

Sed accidere deniq; præter declinationem etiam
 nominibus, si sint Adjectiva, Comparisonem diximus. No-
 minum enim Adjectivorum quūm alia comparari, hoc
 est, flecti per gradus possint, alia verò nec gradus per quos
 flectantur habeant, nec comparari possint, nisi Compar-
 ativum per vocem *magis*, & Superlativum per vocem
 valdè vel maximè circumscribant; probè teneas oportet,
 quæ Comparabilia, quæve Incomparabilia nomina sint.
 Ad posteriorum tribum pertinent Adjectiva *mirus*, *merus*,
pius, quorum Comparativus non definit in *or*, ut *merior*,
mirior, vel *pior*, dicatur; sed per Adverbium *magis* cir-
 cumscribitur: at nec in Superlativo *merissimus*, *mirissimus*,
 usitatè & concinè dicimus; sed itidem per vocem *ma-*
ximè hunc Authores gradum circumscribunt. Te ergo
 apage, *Schuelere*, cum tuis, quæ ex Lüthardo allegare te dicas,
 pag. 145. mendacij, quæ merissima esse afferis. Vah! tot plena mero
 pocula evacuas, tantam *meri* copiam ingurgitas, diurno
 noctur-

nocturnoq; mero certas, nedum exploras, num merum comparare & flectere per gradus debeas? Quam merito, quam appositè ea quæ Dn. Lüthardo immixtò affingis nostro, quadrare in te poslunt. Hinc tuis te verbis sic alloquor: *Qua ex Schuelero alleg: vimus mendacia, sunt (si sic loqui licet) merissima, quibus veritatem catholicam, imò ipsam Grammaticam confuscare nititur, nec nisi fallacias consuetas continent, sicut omnes omnino ejusdem castigationes, proinde non tantum gladio Dei, id est, anathemate omni jure percuti, sed etiam tenebras extiores, vel non nisi lucem pyra ignea à carnifice excitata merentur.* Ignosce Domine Doctor, si in te hæc tua vindicentur verba: ignosce, si tute quod instristi, omne tibi exedundum sit, si faber compedes, quas fecit, ipse gestet.

Sed ipse mecum velim adeas ad eam orationis partem, quæ Nomen ex ordine sequitur, quæ hujus vicarius est, & Pronomē dicitur, quidvè circa hanc ruditatis irrepserit, agnoscas & corrigas. Corrigas inconcinnitatem illam verborum, quæ extant: *Unum numisma ad manus meas* Pag. 193. pervenit & penes me servo, &c. Profectò quæ sit horum verborum constrūctio, ac quæ sit constructionis ratio, non invenio; nec cur pro Pronomine *quod* conjunctio & ponì debeat, cùm hæc nominis sustinere vicem nō possit. Melius sonabit utiq;, si positâ vocalâ *quod* pro & sic sententiam enunties: *Unum numisma ad manus meas pervenit, quod penes me servo.*

Sed ad *Verbum*, quippè partem orationis tertiam properabimus. Vereor ne non fastidium vobis, *Præstant.* *Audit.* afferant, & nihil aut parum ad stomachum faciant verborum elegantiae & lenocinia, si de his verba ad vos faciam, si errorum myriades vobis enumerem, quibus

ineptulus *Schueler* suam ineptiam porrò prodit atq; inscitiam. Verborum *Genera*, quod turpe est, commisceret: turpius autem hoc esse judico, quod verba conjugare nequit: sed turpisimum est, quod ne temporum quidem formationem rectè tenet. Hæc tria quùm *Schuelerum* docuero, semidoctum ipsum in Grammatica esse dicam. Quid (responde mihi *Schuelere*) de Verborum Generibus Grammatici judicant? quid scribunt? quid docent? Nonne *Neutrorum verborum themata in Offinir tantum, nec in OR flecti posse*, ut ab Activis hæc discernant, constanter docent? *Quæ ergo dogmata, quæ oracula ex Apollinis tripode emanata esse dicas?* Emanata rectè dicuntur? Dicitio certè ex Saturni potius podice quam ex Apollinis tripode emanans. *Emano* as cùm in *O* tantum desinat, veluti verbum Neutrum, num in *Or* quoq; flectes? Num *activè emanō* & *emanor passivè*, ac hinc *emanatus, a, um* dices? nunt ex verbo Neutro-præteritum participiumve passivum deduces? Nonne etiam in *Or* tantum verba desinunt *Deponentia*, nec Passivorum instar in *O* quoq; flectuntur? Minimè gentium, nisi ab eo, qui minus quam Dithyramborum Poëtæ mentis habet.

Pag. 162. Nemo hominum, si solum *Schuelerum* exceptus, intelleetum à se asscutum esse asseverabit. Ast ipsum ego Grammaticæ germanum in similibus verborum generibus intellectum non esse asscutum assevero, dum verbo DepONENTI assequor. Passivam significationem inepte tribuit. Num quis (sed *Schuelerum* exceptum semper velim) hoc sermonis genus & verborum chaos admittet, eleemosynæ clargitæ? Item & hoc, *stannum furatum est?* Ne unicus quidem literatorum sic scribit, & sic loquitur: *quasi piuum & divinum. à simplicibus arbitretur.* Solus *Protontarius*:

Pag. 568. hoc sermonis genus & verborum chaos admittet, eleemosynæ clargitæ?

Pag. 610. *syna clargitæ?* Item & hoc, *stannum furatum est?* Ne unicus

Pag. 199. quidem literatorum sic scribit, & sic loquitur: *quasi piuum & divinum. à simplicibus arbitretur.* Solus *Protontarius*:

tarius noster, ceu simplicissimus idiota sic judicat & sic arbitratur. Neq; fore sanæ mentis quenquam credo, qui verbum *interpretari* passivè sumptum approbet, qui hæc cum Schuelero verba faciat: *Si verba sano modo intelligantur, ut intelligi & interpretari debent.* Ecquo modo hæc intelligi debent verba? Certum hoc tuæ inscitiae ac imperitiæ signum *interpretor.* Licet namq; ex *Deponentiis*, quod fateor, olim *Communia multa fuerint*: licet quinetiam *hinc participia quadam adhuc passivè inveniantur*; ut medidata sunt mihi mea incommoda; res publicis literis testata; uno comitatus Achate.. Non tamen hæc extra Participlum passivè nunc invenies. Unde quia *passivam significationem* jam olim deposuerunt *hac verba, Deponentia rectè dicuntur.* Sed non sine singulari elegantia *Activi* etiam generis verba usurpare pro *Passivis* consuevit, ac scitè admodum habere pro *haberi* scripsit: *tam efficaciter* (sic ejus se habent verba) *rem gerunt, ut pro puro putoq; Dei verbo habere velint omne id, quod phanatico suo cerebro comminiscuntur.* Error quin sit minimè dubito, conniventibus tamen oculis, quasi non esset, dissimulo, quum eundem paulò post his ipsis verbis repetitis corrigat ac emendet. Heus bone vir curasti probè, *tam efficaciter rem certè geris tuam, ut pro puris putis qz* (velim nolim) *habere debeam sollicitismis ac barbarismis omne id quod cerebro tuo comminisceris.* Hei quām obtusum tu, *Schuelere*, habes ingenium, instar porci pingue est, durumq; adeò, infelix, fractum & indocile, ut neq; Grammaticales dictiones capere possis: asinus potius ad lyram, quām *Schuelerus* ad Grammaticam admovendus est: imò ad incudem & stivam tuum, *Schuelere*, est applicandum ingenium. Nec indocile tantum, sed & mutabile est: imò tu ipse Proteo es mutabilior,

Pag. 602.

Pag. 190.
191.

Pag. 194..

30 IN JACOBUM SCHUELERUM

bilior, & ipso Vertumno inconstantior, te subinde in alias atq; alias formas ipse transfiguras, te prorsus in omnem speciem vertis, sursumq; ac deorsum distorques. Infinitivo modo usus es *Activo* pro *Passivo*, ut ostendi: Sed citò mutas stylum, ac eleganter & pulchre *Participium Passivum in dū activē usurpas his verbis:*

Pag. 316. *Nullam aliam scripturam locum aut vim habendam (pro habere debere) prater Dei verbum Senatus Bernensis strictè præcipiens decrevit.* Neutra quoq; verba usurpāsti antē ut activa, dū illa flexisti in formam passivam, quam Neu-

Pag. 620. tra respuunt: Nunc in Protei morem te vertis, *Activumq; verbum pro Neutro ponis: Candelabrum, inquis, tredecim argenteis ampullis instructum ponderans 44. libras.* Eho! Schueleri judicio candelabrum tot libras ponderat, quod antē ne quidem unicam ponderare potuit. Quasi verò ponderare verbum intransitivum esset, & *candelabrum ponderare hominem; non homo candelabrum posset?* Scilicet pari modo & pondere, quo *agnus ponderare lanum potest.*

Pag. 621. Viden' quām ineptè, quod antē dixi, verborum Genera confundas? quām turpiter verborum formias deformes? quī cœlum cum terra commisceas?

Sed vel *conjugare* & *flectere* secundum modos, tempora & personas utinam verba didicisses? Ecquibus quæso *questionibus scholasticis assentiri aut dissentiri*, ut tu loqueris, *salvā fide permisum est?* Num *Schuelere*, ut *assentiri* sic *dissentiri* flecti & *conjugari* existimas? Næ à Grammaticorum omnium more & natura *dissentis longissimè, mihiq; assentiris minimè*, si *dissentior dissensus sum*, ut *assentior assensus sum* conjugas, quod haētenus nemini permisum est. Quid quod nesciam, unde hoc *Schuelerus hauserit nisi ex Saturni podice, quando querit: quis*

iiia



ita argumentari auserit? *Als n̄ teiç r̄i ūxḡ: quærit ite-
rum infrà; an quisquam sibi persuadere auserit?* Miror an
quisquam tam ineptè loqui *ausit?* miror an quisquam
Schueleri ineptias sibi persuadere *ausit* ac possit?

Pag. 690.

Sed nunc si *ausim*, ostendam, quām ritè & scitè ver-
borum tempora formet? *Ipsi Præl. Audit.* estote judices,
nonne hæc est nova temporis flexio atq; formatio *spon-
det pro spondet?* *spondeo, es, ere, obsoletum jam apud Schue-
lerum verbum est,* ideo nunc *spondeo, es, ere, usitatus esse*
voluit. Nec profectò nisi cum singulari concinnitate
atq; elegantiâ tempus *Imperfectū* pro *Perfectō* posuit, quan-
do scripsit: *scimus quā veneratione omnia vas a sacra tracta-
rentur, pro tractata fuerint.* ô utinam *Schuelerus* sciret,
quā tandem ratione verborum tempora formare, quoce
modo omnia Grammaticorum documenta tractare de-
beat? Sed quando id sciēt jam sexagenarius? quando sa-
piet? Seriūs quām ipsi Phryges, credo.

Pag. 553.

Voces sine numero, ut sunt fœdatæ omnes! En *Ad-
verbium Similitudinis* pro *Adverbio Comparationis in Quantitate*
positum, particulis relativis neglectis! *Quādūm di-
flat cælum à terra, ita* (eleganter pro tantum) *sensus à Spiritu
Sancto intentus distat, à pharatico sensu.* Mox *Interrogatio-
nis* particulam (*cur*) pro *similitudinis* (*sic vel ita*) voculis
ponit, dicens: *sicut imago lignea potest coli, cur non etiam
imago viva?* item; *sicut Calvinistæ non fatentur se con-
tra Dei præceptum agere, si jejunium indicunt &c, cur ergo*
etiam hoc in negotio &c, non erit observandum? Sunt iterum
particulæ, *sicut, cur, ergo, relativæ, scilicet.*

Pag. 198.

Sed ne *Conjunction* quidem permanxit integra. En *Cō-
pulam ET* pro particula *adversativa SED* positam! Non so-
lum totam antiquitatem accusat, & ipsum (pro sed ipsum)
etiam

Pag. 645.

Pag. 225.

etiam Spiritum Sanctum corrigit. Sic eandem voculam pro conjunctione causali UT perperam posuit Schuelerus his verbis: Titum ad bonorum operum exercitium exhortatur, non solum ut signa & fructus fidei sunt, sed etiam quatenus efficiunt justiorem, & (ineptè pro ut) ex ijs finaliter tandem reportet aeterna salutis mercedem. Posuit quinetiam Copulativā pro Causali Quid D, dūm sic scribit: Cum experientia ipsā constet, & sapientis deprehensi fuerint mille abusus, &c. Quæ loquendi ratio? quæ cohærentia? quis sensus? Nonne elegantiū sic enuntiamus hæc verba? Cum experientia ipsā constet, quod sapientis deprehensi fuerint mille abusus; vel per Infinitivum, sapientis deprehensos fuisse mille abusus.

Nunc tandem ipsi vos velim judicetis, Audit. Praef. quæ Pars orationis sit reliqua, quam ineptus hicce sacrificulus non defœdarit? Tota enim quanta etiam cunq; est; tota, inquam, Etymologia spurcitie intolerabili convoluta jacet. Sed secunda quoq; Grammaticæ pars Syntaxis scilicet, Deus bone, quam foedè contaminata & sordidata est! quibus scopis regulas quascunq; purgem? quibus spongijs foedos undiquaq; solcēcismos deleam? quæ adhibenda lima est, ut polita Syntaxis appareat & niteat? Proh pudor! non Substantivorum convenientiam, non Adjectivorum structuram, non etiam Pronominum syntaxin, non deniq; Verborum cum Adverbij, cum conjunctionibus & ceteris Orationis partibus legitimam observavit constructionem.

Ut id vobis, Praef. Aud. demonstrem ad oculos, nonne Substantiva rem eandē significantia, eodem Casu, Genere, eodem item Numero convenire debent? Ast num hanc, Schuelere, tu convenientiā observas? Suntne hæc eundem casum habentia Substantiva, Franciscus Veron Pralector, Ecclesiastē regio

regio & Scriptore deputato? Sunt scilicet, si Nominativus cum casu Ablativo idem est. Eodem errore Asinus re-currit paulò post: *Thomas Vitus Danubiano quondam* (per quam egregiè!) *concionatore.* Sic Accusativum casum cum Nominativo construit: *certum est (ait) varium esse peccatum illud (ad mortem) ut; impænitentia, obstinatio, &c.* Anne horum Substantivorum eandem rem significantium ijdem sunt casus? anne Nominativi cum Accusativo ullà ratione hoc loco conveniunt?

Si Substantiva non eandem, sed res significant diversas, noñne alterum casus Genitivi ut sit, trita Grammaticorū regula poscit? Cur ergò tu, *Schuelere*, ceu summus in arte Grammatica Dictator, contra hanc ipsam, diversæ rei Substantiva eodem casu ponis, quasi eandem omnino rem significant, hisce verbis? *Ex ultima stropha ode.* Num ego vocem *Ode* Genitivum esse credam? Nam multis abhinc annis casus vel Nominativi vel Vocativi vel Ablativi esse credidi. De Genitivo si quæras, vel *Odes* vel *Ode* invenies, quippè cùm ὁδῷ, ῥεῷ, Græci dicant. Quæ hujus quoq; constructionis est ratio, quâ scribis: *eadem est ratio de musca cadente in calicem?* Quam ob rationem duorum Substantivorum, quæ res significant diversas, alterum *in casu Ablativo* præpositione de interpositâ ponit? num ratio de *musca*, majore, quam *ratio muscae*, elegantia dicitur? Omnipotens: ex *Schueleri* scilicet sententia. Similis elegantia est cùm scribit *Exodo* 20. Echo quot sunt quæsto *Exodi?* num tot esse credis quot capita? an sic loquili est? an ignoras, ô stupide, hic Substantivi regentis (*capite*) esse ellipsin, Genitivum (si construatur cum Substantivo alio) requirentis? Ita quidem ut *zo* (sc: capite) *Exodi*, non *viceverso* *Exodo* dici debeat.

E

Instru-

Pag. 75.

Pag. 529.

Pag. 34.

Pag. 305.

Pag. 580.

In structura fortè Adjectivi cum Substantivo in Generis
 Numero & Casu concordantis Schuelerus se fœliciorem so-
 lertioremq; præbebit. Eja periculum faciamus ac ten-
 Epist.dedic temus. En egregia hæc specimina! Ut vos huicce nostræ
 operi patronos advocarem. Nonne præclarè dicitur nostræ
 operi? In casu etsi concordent minimè hæc voces, quid
 interest? Profectò non multum, modò suavi conveni-
 ant sono, modò æquabili consentiant terminazione, id
 quod Schuelero sufficit: certè specimen non nisi ei soli
 singulare & solenne. Sed num hoc unum est quod edi-
 dit? Neutquam: Imò sexenta, si nemo fastidiat, nu-
 merabimus: Vel quid hoc si non ejusdem fit farinæ spe-
 cimen, quod hisce verbis edidit; *Si unquam heresis fuit,*
Calviniana est, utpotè qua damnatorum opinionum colluvies
est? Si *opinio onis, Schuelerus opinatur nomen esse masculinum,*
quidni damnatum opinionem fovere dicatur? Sed
si tua hæc, Schuelere, opinio non heretica est, si non da-
mnanda est, profectò nulla nec unquam nec usquam fuit:
Tuus profectò iste liber solœcismorum, quid? Imò hæ-
resium etiam sentina est: est, inquam, hic ipse omnium
errorum & damnatarum opinionum colluvies, sordidum
barbarismorum barathrum, omniumq; sordidum & pe-
stilentis fœtoris cloaca, in quam Schuelerus subito pro-
jecit & præcipitem dedit innocentem Priscianum. Phi!
quis non videt, quam sordidus ubiq; appareat? Totus
quantus quantus est, sordibus scatet turpissimus: sive fin-
ciput contreætes, sive occiput palpes, sive tergum con-
templere, sive frontem intueare; sive ad dextram te ver-
tas, sive a deas sinistram; sive oculos ad capitis verticem
attollas, sive in plantam ac calcem pedum eosdem dimis-
tas, profectò ne digitum quidem vel unguem vides, qui
sit

Rag. 71.

sit sine labe. Quis non abhorret à sordibus & maculis,
quibus frons est conspurcata? Sordes sunt in hisce ver-
bis, quæ mox ab initio leguntur: *se Deo & aliquo sancto*
ordini obstrinxerunt. Scilicet *aliquis, a, um,* dicitur, ut
sancius, a, um; quidni igitur in Dativo *aliquo* sicut *sancto*
dicatur? Verum & hæc macula fermè est inexpurgabili-
lis, quâ Priscianum aspersit, inquiens: *Lutherani hos po-*
testates agnoscunt. Siccine dici suprà citata regula per-
mittit? Certè quæ sit Generis in vocibus hisce conveni-
entia, nec Lutherani, nec Papani agnoscunt. Quis etiam
hisce verbis Prisciano maculam esse aspersam negabit;
concedimus hominum leges ut sic, non ulterius nos ligare quam
in divino verbo mandata & fundata sunt? ubi tibi manda-
ta, in qua, quæso, regula fundata hæc lex est? quâ lege,
quavè regulâ innixus *Adjectiva Neutra cum Substantivo fæ-*
minino construis? ut taceam particulæ *ut ellipsis*, nec
verba sic enuntianda fuisse dicam: *concedimus leges ho-*
minum non ulterius nos ligare, quam ut mandata & fundata
sunt. Ecquid hoc impuri est, quod nobis *recoctum cam-*
brem ab inferis obtrudis? Noli ô Sacrificule crambem toties
recoquere. *Crambe vel bis tantum cocta in fastidij pro-*
verbium Græcis abijt, secundum illud στραπδος νεργιβη
δινωτος, crambe bis cocta mors est, & nauseam adfert. Sed
quantum tuam hanc *crambem* nauseæ adferre putas toties
recoctam, quæ vel cocta semel primo gustu tolerari vix po-
tuit? certè nauseam maximam & haud ferendum fasti-
dium. Quid est, quum dicis: *Quod est manifesta falsitas?* Pag. 548.
Imò est manifesta absurditas ponere *quod pro quæ:* Non
minus quam illa quâ sic scribis; certè *populus intelligit ado-*
rationis nomine cultum latræ absolutum intelligi: iste autem
non redditur nisi soli Deo, & blasphemum esset reddere illud ulli

imagini. Imò totus populus intelligit, intelligunt & ipsi pueri, qui prima Latinæ Linguæ elementa vel primis labris gustarunt, tuum solœcismum, & norunt corrigerē. Nec capio, qualis hæc sit constructio, *Leontius Episcopus Neapoleos Cypris Coætaneus S. Gregorij*, ifse in Occidente, ille in Oriente: pariter proponit cultum *imaginum*: Caperem au-

Pag. 604. tem si talis esset: *Leontius Episcopus Neapoleos Cypri, ejusq[ue] coætaneus sanctus Gregorius*, ifse in Occidente, ille in Oriente,

Pag. 622. pariter proponunt cultum *imaginum*. Taceo, inquis, tapetiarum innumeræ species, inter quos tapetes unum *Hungaricum erat nobilissimum*. At non tacebo ego crassissimos quos hic commisisti solœcismos. Nam primò *Tapetia arum fœmininum plurale*, quod antè dixi, absurdè statuis, deinde *cum Substantivo Masculino Adjectivum Neutrūm (tapetes unum) incongruè construis*. Non autem reprehendo ut solœcismum, quòd unà construuntur *duo sororcula*, non magis quàm si conjungerentur *due sacrificuli*. Deprehendo enim huic constructioni magnum subesse mysterium. Innuit enim hâc *Schuelerus* ceu novus Kabbalista, arctiorem esse *Sorocularum cum sexu masculino*, & *Sacrificulorum cum sexu fœminino* societatem, quàm sit convenientia *Adiectivi* cum suo *Substantivo*.

Tradunt porrò Grammatici: *Quando duo Adiectiva sine Substantivo concurrunt, prius induere naturam Substantivi, cum quo alterum in Genere Numero & Casu conveniat*. Hoc præceptum num observarit *Schuelerus* ex illis verbis conspici potest: *Video nunquam eundem (Samsonem) in arma proruisse, nisi excitus, pro excitum*. Sic postea: *manifestè constat eosdem Bernenses ab Apostatis illeci subtraxisse se, pro illecos*. Hoc solœcismi genus *Schuelerus* continuat, perindè ac si ut troporum, sic solœcismorum continua-

Proloq.

Pag. 150.

tinuatio allegoriam faceret, orationemq; exornaret: Sic enim inquit: *habens aliquid, unde Deo placeat, id soli gratia* Pag. 229.
Dei acceptam refert pro acceptum. Cui hunc errorem acceptum referet, nisi soli suæ inscitiae? Sed jam mi Prisciane tandem exporrige frontem: absterse sunt à me sordes & maculæ, quas tibi aspersit *Schuelerus*, jam illa nitet & pura appetet.

Nunc aures mihi admoveto, quas expurgabo ne obfurdescant. Hei quibus sunt obstructæ & oneratae sordibus! Auriscalpio opus est ad hanc eluendam spurcitiem: *longè sunt inferioris ordinis eorum, quæ nobis credenda proponuntur.* Quis Grammaticorum, quæso, à Comparativo Gradu Genitivum regi statuit & docuit? Recitabo tritam illam, quam tradunt Grammatici de constructione Adjectivorum quantitatis & gradus, regulam: sic ea sonat. *Gradus Comparativus regit Ablativum, qui exponitur per quām: idq; ubi mentio fit de duobus aut pluribus diversæ naturæ.* Audin'? non Genitivum, sed Ablativum Gradus Comparativus regit: num ergò benè *inferioris ordinis eorum?* imò melius, *inferioris ordinis* y's, aut (si per quām exponere Ablativum malis) *inferioris ordinis quām ea quæ nobis credenda proponuntur.* Heus Prisciane esto animo bono & patienti, quicquid remanet impuri, expurgabo sedulò. Sunt aures expurgatæ propè, si modò vel hanc unicam adhuc eluam ac deleam maculam, quam tibi *Schuelerus* aspersit, cùm dixit: *Se imparem tanti pondoris fuisse.* Sed macula est, quā aures gravabantur tuæ: Verū liberatæ jani sunt ab istarum sordium onere & macularum pondere, cui vel ipse Hercules ferendo non fuisset.

Purgemus jam oculos etiam: tot enim sordibus sunt
 E. 3 obte-

Pag. 114.

obrecti ac obducti, ut mirum sit, si vel lucem cernant. En palpebrae nictare nequeunt, hirqui lachrymas & lemas sudant ob squalorem quo torquentur. Hunc ego nunc hanc Grammaticorum spongiâ eluâ, & pristinæ oculos visioni restituam: Relativum cum antecedente Substantivo suo consentit in Genere & Numero; in Casu autem non nunquam discrepat, nam is sequenti verbo respondet. Hac inquam,

Pag. 366.
&c. 369.

Grammaticorum spongiâ delebo has fordes: *Motus animi per quas homo posse crescere;* Item, *divisioni ex quo vivunt sovendo.* Quæ hic Relativi cum suo antecedente in Genere consensio? Sed forsan peritior est Schuelerius in constructione Pronominis Reciproci, quam Relativi. Age facimus periculum. *Reciproco suus utimur* (ita enim precipit Syntaxis) *cum tertia persona reflectitur in rem à se possessam:* ut, Cicero recordatur Tironis libertis sui. Item: quod si due sint tertia persona, una in casu recto, altera in obliquo posita; & res possessa referatur ad tertiam personam in casu obliquo positam utimur Genitivis Relativorum, ejus, illius, ipsius: ut Petrus amat Christum propter bonitatem ipsius, scilicet Christi; non suam, id est, Petri. Hunc Pronominis Reciproci usum quam belle Schuelerius observet nunc audite: *Helvetia & Germania* (ait) *Pontificem Romanum Christi vicarium,* & sua Ecclesia caput agnoscabant. Germania scilicet & Helvetia Ecclesiam habuere, & sua Ecclesia Pontificem Romanum caput agnovere. Quis negat? At Christi Ecclesia te intelligere, illiusq; caput Pontificem Romanum te agnoscere, vox parenthesi inclusa mihi significat: *ipsius ergo (nempè Christi)* non sua dicere debuisse. Habere Christum Ecclesiam, quam sibi collegit non ex Germania & Helvetia solùm, sed ex omnibus etiam mundi partibus, firmiter credo. Ast vehementer etiam atq; etiam miror,

Pag. 15.

miror, quum Christus ipse sua sit Ecclesiae caput, num sua quoq; Ecclesiae Pontificem Romanum caput agnoscat, & ipse monstrum tam horrendum ex sua ipsius Ecclesia faciat? *Ejus (nemp̄ Christi) Ecclesiae caput Romanum Pontificem esse posse, tūm demum tibi concedam, quando mihi probabis: Quod Deus ab homine posset auferre suam proprietatem; nimirum Dei.*

Pag. 300.

Jam oculi clarē cernunt (ad te enim mi Prisciane redeo) nunc ipse, quam sordidus etiam sit nasus, quum speculum adhibueris, videbis. *Quid aliud fidelis anima agit, quam meditari & expendere?* Ecquæ Infinitivi cum Nominativo convenientia? Nulla profetò: nullâ etiam ratione Verbum finitum hoc loco Infinitivum post se regere potest, quandoquidem nec voluntatem, nec facultatem neq; sensum significat. *Quidni ergo melius ac concinnius sic enuntiaretur sententia: quid aliud fidelis anima agit, quam ut meditetur & expendat.* Vocem enim quamlibet, quæ per ellipsin est omissa, exprimendam, & quæ semel tantum dicta pluribus in servit clausulis, in singulis repetendam esse, eleganti Grammatici documento tradunt, id quod & legitima construendi ratio, imo ipse naturalis vocum ordo requirit. Hac censurâ edoctus Schuelerus Nominativum debere præcedere Verbum finitum, non Infinitivum, et rōrem commissum alibi corrigit: Sed audiamus quomodo? *Castæ, inquit, & pure Ecclesia catholica apes, quicquid ex S. Scripturae pomario decerpunt, id in bonum converunt, ut (scil. id) in mellis dulcorem liquentur.* Siccine Verbum cum Nominativo construitur? Siccine præcedit Nominativus Verbum finitum numerosimili atq; personā? Certè non apes schuelere, sed fucus impurus, & quicquid ex Grammaticæ pomario, florum foliorumq; succo, since.

Pag. 25.

Pag. 92.

sincera mentis ac interpretationis decerpis, ita convertis, ut id in sudorem ac squalore abominandum detestandumque liqueatur. Occurrit paulo post similis elegantia: Confirmatur nihilominus (*doctrina*) his miraculis, quinimò revelationem aliquam continent. Pandat Sacrificulus horum verborum nobis cohaerentiam & constructionis rationem. Nonne Conjunction (*quinimò*) Copulativa est? Ergò duo illa verba tanquam duo ejusdem subjecti (cùm posteriori Nominativus desit) prædicata copulat: si hoc, profectò utrumq; Nominativo in Numero respondeat necesse est: aut per quam regulam construes hæc verba, *doctrina* confirmatur, quinimò continent? Per quam item Syntaxin disti: Notandum multis & varijs scatere defectibus hanc periodum, in quantum ab Adversarijs perversè proposita & explicata, ex ea falsas consequentias deduxerunt? Certè à te, Schuelere, proposita perversè hæc periodus est: scatet crassis solœcismis & non paucis defectibus, quod tūm hoc in loco, tūm alibi notandum probè venit, nec quomodo eandem explicem, quomodo cohaerentiam & convenientiam exindè deducam, scire possim. Quid enim sibi vult verbi finiti cum Ablativo intercedente præpositione ab ineptissima constructio? Quantò elegantior talis fuisset hujus periodi enuntiatio atq; formatio? Quatenus Adversarij ex ea perversè proposita falsas consequentias deduxerunt. En jam venusta est verborum cohaerentia. Ostendat etiam Dominus Doct̄or horum

Pag. 139.

mihi verborum structuram: Pænitentia, que in Veteri & in Novo Testamento prædicatur, quam Iohannes, quam Petrus, quam Paulus prædicavit & præscripsit, veri nominis dolores ac labores, opera verè pænalia significat. Verbum equidem finitum adesse observo, sed ubi casus, qui illud præcedat,

Pag. 277.

Nomi-

Nominativus? Vah! *Genitivum Nominativi loco præponit aſinus*: sed ex nova Grammatica novam hanc & antè inauditam constructionem didicit. *Ex his & alijs* Pag. 283.
(inquit) quæ contra nos Lüthardus adducit, pro nobis potius contra ipsum faciunt. Da regulam constructionis *eminens- tissime Domine Doctor*: ubi Nominativus (*quero abs te iterum atquè iterum*) qui Verbum præcedat finitum, remanet? Da sensum horum verborum *Domine Decane*, quem non capio (*fateor*) niſi in hunc construendi ordinem redigas sententiam: *Deinde hec & alia, quæ contra nos Lüthardus adducit, pro nobis potius quam contra ipsum faciunt.* Nonne hæc genuina verborum est constructione? Sed hæc & alia, quæ *Schuelerus adducit* absurdæ, pro nobis certè contra ipsum faciunt, atq; ex his & alijs, quæ impuro sermonis genere adducit, coniijcio quanta ejus sit doctrina, quanta in literis scientia, tanta nempè, quanta pueri est, qui versari in Schola triviali incipit. *Quia* Pag. 325.
(ait alibi) prolixitatis vitanda causa me digredi nullâ ratione patitur, illi obijcam &c. Sed ubi Nominativus est, qui cum hoc Verbo finito (*patitur*) construatur, qui illud præcedat? Fortè cum voce *causa* construit, quasi casus Nominativi vox effet, sed rectius profecto sentiet, si casus esse *Ablativi* dixerit. Quid sibi volunt absurdæ illæ verba, *sunt hi modi oppositi & unum tollit alium?* Proh! *Unum (modus) tollit alium qualis loquendi modus?* Præponis Verbo finito *Accusativum*, *Nominativi* loco: quis verò puerorum vi terminationis non diceret, *unus (modus) tollit alterum?*

Sed & maxillas Prisciani conspurcasti, mentum infecisti, & labrum polluisti. Phi quām foedasti nebulosum pessime ab omni parte faciem boni illius viri? Et

F

maxil-

Pag. 105. maxillas quidem ecce quam fœdis loquendi formulis deturparis! Cūm Greca (inquis) & Latina Lingua quibusdam populis essent adhuc vulgaris. Quæ, quæso, hæc loquendi forma est? singularisne an vulgaris est elegantia? Pudeat! vulgarem illam, imò omnibus pueris tritissimā, regulam ignoras: Verba Substantiva & nuncupativa admittunt Nominativum in Numero & Persona ita convenientem, ut præcedenti respondeat Nominativo eumq; declareret. Annon igitur, ais, Nominativus posterior priori in Numero respondet? Singularem Numerum utrobiq; video. Sed heus, cur Verbum interponis Plurale? Nonne quia per Syllepsin Numerorum duos Nominativos Singulares Verbum præcedentes habes pro uno Plurali? Cui proinde etiam ille qui Verbum consequitur, non minus quam verbum in Numero respondere debuisset. Ejusdem farinæ locutio est illa: cūm

Pag. 90. Eucharistia sit Sacramentorum vivorum, siquidem verbum Substantivum post se casum nunquam habeat Genitivum, nisi quum possessionem, causam, formam aut qualitatem significat. Malè etiam intendit nervos vel potius oculos, & animum Schuelerus, quod non attendit ad hunc solœcismum:

Pag. 188. 189. Quo errore stabiliendo & propugnando omnes nervos intendit Bucerus: quasi aliquâ re intendere dicatur. Atqui phrasiusitatâ alicui rei vel etiam in rem aliquam intendere nervos dicimus. Nemo ergo errore aliquo stabiliendos, sed alicui errori, vel etiam ad errorem aliquem stabiliendum nervos intendit: Sed quos nervos ad errores & solœcismos committendos Schuelerus non intendit, qui tam imperitè in leges & regulas Grammaticas invehitur? Et quamvis luculententer solœcismos ipsi demonstrem & corrigam, Grammaticorum ei documenta imbibenda offeram, sua tamen phantasie tantum adhierens, nescio à quo instructus ac si pulicem haberet.

haberet in naribus, virulento gutture obsoletas voces, phrasesq;
 inauditas, ac ineptas in Priscianum innocentem & ipsius Gram-
 maticam eructat. Quàm præclarum sermonis Latini orna-
 mentum hoc est! Collegium totius Helvetie catholice non Epist. dedi-
 tam ornamento, quàm emolumento in oculis omnium est. O cat.
 utinam toti Helvetiæ ornamento ac emolumento majori
 esset Schuelerus quàm nocuimento! Sed non modò toti
 Helvetiæ, verùm omnibus per totum orbem Latinum
 pueris risui est atq; ludibrio, quod Genitivum pro Dative
 usurpet, & totius pro toti ponat, adeoq; tam turpiter in
 hanc Grammaticorum regulam impingat: *Verbo (sum)*
 cùm adfero significat gemini Dativi adduntur, quorum unus
 est personæ, alter commodi vel incommodi. Sed pergo, mi
 Schuelere, ad scapulas quoq; Prisciani purgandas, quas fœ-
 dasti tam turpiter, ut linteola quibus eas purgem, vix in-
 veniam; Patet (inquis) quàm multa Berchtoldus & ejus- Pag. 360.
 dem symystæ affingant falso doctrinæ fidei Catholicae: Schismati
 & divisioni, ex quo vivunt, fovendo. De absurdâ Relativi
 Pronominis cum antecedente Substantivo structura jam
 dictum: Nunc quæ verbi foovere cum Nomine in Dative
 sit constructio quæro? Mira certè & rara: nam non alium
 quàm Accusativum casum Verba Activa asciscere statuitur à
 Grammaticis. En brachia quoq; foedis hisce contami-
 nata fæcibus! In ijs videre est continua fallacia ignorationis Pag. 401.
 elenchi: item, In quo videre est rara gemmarum pretiositas. Pag. 611.
 Vah! Video Domine Doctor raram verborum structuram,
 sed interim tu videoas ac perlustres tritam hanc regulam:
 Verba Activa & quæcunq; ex Neutris & Deponentibus actionem
 significant regunt Accusativum; non Nominativum: con-
 tra quam hisce quoq; verbis graviter peccas; adoramus Pag. 606.
 presape & sanctæ ejus cetera habitationes. Vah! tot lapi-
 des,

des, tot ligna, tot simulachra adorat quotidiè *Heresiar-cha Schuelerus*, nedum scit, quem Verbum adorare casum requirat. Quinetiam manus mi Prisciane, laves hoc ver-

Pag. 134. borum squalore infestas: *Ab hoc conciliabulo non nisi monstra*

Pag. 614. *in lucem edere potuisse: item, nec monitus se ab eo abducere*

sinit. Profecto manus puras prius non fore credo, quām mutentur Activa hæc verba (edere & abducere) in Passiva, ac sic correcta utraq; enuntietur sententia: Ab hoc conciliabulo non nisi monstra in lucem edi potuisse; item, nec monitus se ab eo abduci sinit: idq; vi hujus Grammaticorum regulæ Passivorum ut & quorundam Neutrorum Casus sit Ab-

Pag. 83. *lativus cum Prepositione à vel ab. Sed quis non hanc spuri- ctiem cernit in tergo? Dūm quisq; sectarius privato ac con- trario spiritu ducitur, summumq; Pontificem Ramanum Christi in terris Vicarium & Ecclesie visibilis caput negat, nullam cer- tam ipsam habere regulam? Infinitivus sine verbo Finito po- nitur, contra certam hanc Grammaticorum regulam, sed quæ tibi Schuelere est incerta: Verbum finitum, quod voluntatem, sensum & facultatem significat, post se regit In- finitivum. Ubi quoq; Fnitum Verbum, quod hoc loco suum regat Infinitivum? Quis & hanc maculam non con-*

Pag. 324. *spicit in pectori, Advertendum ineptias Lüthardi ex patrum testimonijs dissolvemus? quæ hæc conæxio & structura? Ad- vertendum Gerundium in dum esse existimo: quod cùm hoc loco absolute sine ullo casu sit positum velut Imper- sonale, quidni Infinitivum depositat hoc modo: Adver- tendum nos ineptias Lüthardi ex Patrum testimonijs dissolu- turos esse? Næ ligulæ tibi Schuelere sunt solvenda, & nates virgis cædenda, ob infantiles tuas ineptias, quas, ut ani- madverto, vix dissolvemus. En lumbos Prisciani quām*

Pag. 26. *turpiter contaminasti! Certum est Calvinista cum suis affi- clis.*

*etis potitare, stertere. Per quam quæso regulam, o stupide stipes, ante Infinitivum ponis Nominativum? Imo certum est, lippisq; & tonsoribus notum, murmurantes illos Sacrificulos (inter quos decantatur Schuelerus frequentissimus) cum suis affeclis, cum suis concubinis & meretricibus potitare ac stertere dies noctesq; & molliter cubantes delitys meretricys vacare. En crura ut conspurcavit Schuelerus, Prisciane, tua turpi hoc solœcismo! Qui assumendus est in Episcopum, debet tantum unius uxoris esse virum non bigamum. O grandem asinum! quidni sic Schuelerus debet esse castum, sobrium, sedulum, si vult fieri Episcopum, Cardinalem &c? An ignoras Casum qui Infinitivum esse vel fuisse sequitur cum casu convenire debere precedente, in hunc & consimilem modum? Qui assumendus est in Episcopum debet esse tantum unius uxoris vir, non bigamus. En pedes, o Prisciane, quis lavabit tuos? quis has absterget fordes, manendo in exemplo? item retorquendo? Gerundia in Doabsolutè ponit Schuelerus quæ non nisi verbis junguntur, eaq; modo cum præpositione, modo sine Præpositione, modo activè, modo passivè significantia. Ut doceam asinum, pro manendo in exemplo, sic dicendum potius est, ut maneamus in exemplo; pro retorquendo dicatur, ut retorqueamus. Quæ hæc illuvies est convexum & plantam pedis Prisci-
ani turpiter polluens; huic probationi standum moniti? Gerundia scilicet in DUM necessitatem significantia juxta se habent Nominativum: Dativum quidem vulgo postulant, vel Casum omnino nullum: sed Authoritas Domini Doctoris Nominativum requirit ob sigularem elegantiam: Nonne enim elegantiùs standum est nos moniti, quām standum nobis monitis dicimus? Quid quæso etiam ineptius constructione illâ, quā ab Ablativis consequentiam de-*

Pag. 649.

Pag. 178.
& 179.

Pag. 132.

signantibus & absolutè positis sententiam quidem incipit, sed mox *Accusativos loco Ablativorum* annexit non sine turpi magnoq; solœcismo, sic enim scribit: *Quibus omnibus ponderatis, indissolubilitate nempè matrimonij, oneribusq; ei annexis, è contra præmia & bona continentia, animi tranquillitatē (præmijs & bonis continentiae, animi tranquillitate dicendum fuisset) non immeritò Christo Apo-*
boli dixerunt.

Pag. 664.

Sed ô utinam à maculis tantum & sordibus liberandus Priscianus fuisset, quibus tu perdite homo ipsum infecisti abominandis! Verùm sordibus abstensis & elutis conspiciuntur vulnera, quæ innocentì inflixisti. Ictus quibus miserum feriisti innumeros quis non conspicit? Quis plagas non videt quas omnibus corporis intulisti partibus? En totum caput verberibus turgidum est, sed

Pag. 77.

verbera voco hæc inepta verba: *instar homo emotæ mentis.* Vah! Schuelerus profectò homo obtusæ mentis & obesæ naris est, qui Voces ergo & *instar Substantivorum more Genitivum* admittere nescit, sed asini stupidi *instar Nominativum* voculæ *instar* adjungit. En cerebrum

Pag. 89.

penè his verbis quasi malleo est excusum: *Ex his constat quām injuriosè redarguit, pro redarguat; ut & his, quasi quecunq; convenienti cruento eadem ad aquatè debere (pro deberent) convenire incruento.* Si querat ineptulus, cur redarguit, non redarguat; cur item deberent nec debere ponendum sit, puer quivis vel micam mentis & rationis sanæ habens pro responso hanc citò recitatibit regulam: *Adverbia similitudinis & similia cum Indicativo convenient, si sententiam rectam & absolutam; cum Subjunctivo vero plerumq; si obligatam, si conditionatam aut dubitativam faciunt.* Viden à te, ipso Nerone truculentiore, fractum Prisciani car-

nium

nium his verbis, *qualia fuerunt donaria, epulas pauperibus preparatas?* Ohe jam satis est, ohe Libelle! *Aούσατον* potius quām *αοίρδετον* esse his in verbis dico, quūm copula *Et subintellecta tām disimiles casus copulet.* Ah mi Prisciane, quām duriter te immanis iste homo ferit hisce verbis! *Poterit dignoscere, verane an falsa sit Ecclesia, proinde que ad salutem aeternam consequendam ei vitanda aut amplectenda convenit.* Sentisne dolorem? *Sit & convenit pro conveniat:* egregriè scilicet copula *ET similes verborum modos copulat.* En frons quām atrox vulnus accepit! *observandum istam sententiam ideo adferri, ut murum abeneum.* Quem quælo medicum huic adhibeo vulneri? quid ineptius dici aut scribi posset? *Conjunctionem Causalem UT ponit, sed ubi Verbum Modi Conjunctivi est, quod à causali ut regatur?* Adverbium Similitudinis non esse utiq; patet ex particula præcedente *ideo*, quæ Conjunctionem *ut post se cum Modi Conjunctivi verbo postulat.* Aut enim vocula *ideo*, hīc ineptè assuitur, aut sic proferri verba debent: *Ideò adferri, ut eā (sententia) ceu muro abeneo utantur contra Sacramentum.* Quantis quælo tenebris oculi obruuntur! Sed num mirum est? En pungit & mordet eos hæc plaga: *Cùm præceperint ut recipiant.* Hic nī adhibetur collyrium, juxta hanc Grammaticorum regulam præparatum & compositum *si Præteritum præcedit particulam UT, Conjunctivus sequens actionem jam præteritam in Imperfecto exprimit,* Priscianus vix pristino restituetur visui. Hoc, inquam, Grammaticorum collyrium dolorem levabit, si adhibetur, & Tempus Præsens in Imperfectum hoc modo mutabit, *cùm præceperint ut recipierent.* Hei nafus rubet & tumet! Id verò mirum non est: nam contundit eundem *Schuelerus* his inceptijs:

Pag. 514.

Pag. 66.

Pag. 296.

Pag. 98.

- Pag. 300. ineptijs: *necessè est quòd ejus præsentia non sit continua. Absit quòd afferere velimus.* Inepte post Verba *Necesse & Absit Quod pro Ut poni afferimus.* Sed interim necesse est, ut Schuelerus hanc Grammaticorum addiscat regulam: *Uttimur particulà UT post verba rogandi, imperandi, monendi & quecunq; voluntatem aut facultatem vel causam finalem significant.* Huius sine male pareas cum hisce verbis: *Prater fallacia elenchi.* Hoc uno iētu profecto omnes Prisciani dentes labefecisti. Præpositionem *prater* per quam regulam cum nominandi casu construis? Anne *Præpositiōnem Accusativi Casus cum Accusativo construendam esse ignoras?* Vx Prisciani scapulis! vx lumbis! vx tergo, cui tot iētus infert Schuelerus quot verba effert! Quām misere sauciat, quām ferit duriter hisce verbis Prisciani humeros & collum! *misiſſe funem in collo ejus, pro in collum ejus: Præpositionem IN terminum ad quem hoc loco significantem cum Ablativo construit.* Eundem errorem etiam alibi committit, dūm jubet idem alludere in Calvinio. Verba enim cum Præpositione composita retinent Casum Præpositiōnis, vel ipsam Præpositionem repetunt. Secundūm hanc igitur regulam dicendum fuisse alludere ad Calvinum, non in Calvinio. Alludere enim dicitur quasi ludere ad aliquem, quod tūm fit, cūm aliud dicitur (teste Laurentio Vallā) & sententia ad aliud latenter refertur; quod Schuelerum ceu hominem perquām facetum his verbis facere voluissē nemini obscurum esse potest. In eandem regulam impingit posteā, cūm sic loquitur: *sūper fundamento luteo non nīl luteum & crassum quid imponere potuit.* Inepta & incongrua, imò crassa & lutea constructio: si enim Schuelerus *sūper fundamento imponere, ut imponere fundamento, imponere in fundatum vel in fundamento aliquid recte*

recte dici putat, nullum in Classicis Authoribus suæ locutionis reperiet fundamentum, & sibi ipse imponit turpissimè. Præclarè etiam homo Latinitatis scilicet studiissimus *Testamentum P. Basili Capucini à se Latinitati simpliciter donatum esse* scribit. Crediderim ei facile etiam non jurato: nam & alia ex Germanico simplici Latinitati se reddidisse asserit: illa autem intelligit, quæ in Latinum sermonem transluit. Quis autem non videt & ridet simplicem illam Latinitatem? Cur non Græcitat & Hebraicitati etiam hunc suum tām præclarum fœtum reddidit? Quid ais asine? Si Plinius donare aliquem immortalitate, si Ciceron donare aliquem civitate, dicere sunt soliti, ceu patres Latini sermonis, num tu donare aliquid Latinitate dicere erubesces? Si ritè illi hanc Grammaticorum observarunt regulam, *Ablativus Causa instrumenti & modi actionis apponitur Nomi*ni & Verbo sine præpositione, num tu hanc eandem negliges? Culpā non vacas, etsi centies phrasin hanc donare alicui aliquid Ciceroni usitatam esse prætendas: nec tuum hunc solcēismum excusabit harum phrasium varietas: *Celo tibi hanc rem, & celo te hac re;* item, *dono tibi hanc librum & dono te hoc libro.* Non quidem improbo, nec vitio verto, si quis verbo donare Dativum adjungat, modo Dativus ille sit vel personæ, vel saltem illius rei cui donum dari intelligitur: nam res ipsa quæ dono datur, in Accusativo ponitur; vel Ablativo, si illa cui donum confertur in Accusativo ponatur: sic Ovidius dixit; his *Epist. u. mea muneribus genitor connubia donas?* In hoc exemplo vides, cùm non connubia muneribus, sed connubij munera dono dari soleant, muneribus non Dativi, sed Ablativi casus esse: sic tu non *Testamentum Latinitati donare;* sed *Latinitate Testamentum donare debuisses.* Nec majoris ele-

- Pag. 132. gantiæ hanc credo phrasin esse, *huic probationi standum*,
 Pag. 475. quam repetis infrà hisce verbis: *standum esse Ecclesiæ judicio & sensu, non privato spiritui sed persuasiōi interiori satis probatum manet.* Verbum *stare pro acquiescere, servare tenere, sequi*, cum *dandi casu* ineptè iterum construis: tūm contra superius recitatam regulam; tūm contra Classicos Authores ipsos, Ciceronem cum primis, qui *stare alicujus opinione & judicio*, qui *judicatā re stare dicit*; & Quintilianum nominatim, apud quem phrasis *jure jurando stare reperitur.* Sic quoq; dicendum fuisset, hac probatione standum: item standum Ecclesiæ judicio & sensu, non privato spiritu, sed persuasiōne interiore. Quero insuper annon rectius *etate nonagenarius*, quām *etatis nonagenarius* dicatur? Sed quid ultra rudis ille & illiteratus asinus frangeret, qui Prisciani crura, qui pedes, qui brachia, qui manus ejusdem fregit? Attrita sunt omnia ei membra, attritæ omnes ossium ipsi medullæ, quinimò cor contritum & jecur. Sed ecce tibi unum adhuc vulnus quod Prisciano inflixit lethale, cùm dixit: *Apage castigator Belarminum allatrate.* Ecquis Medicus consulendus? quis
- Pag. 395. Chirurgus adhibendus huic malo est? *Apage te cum turpi hoc solœcismo, quō Interjectionem Accusativum regentem cum Nominativo construis: duas ob causas Interjectionem apage Accusativum regere statuo: tūm ob expressam regulam in Syntaxi: Apage & Eben Accusativum adsciscunt;* tūm quod vim Imperativi Græci ἀπάγε ab ἀπίστῳ retinet. Quousq; igitur Schuelere vulneribus tam acerbis Prisciani innocentis lacerabis corpus? Neq; Pentheus tam miserè disceptus à Bacchis fuit: neq; Orpheus à Mænadibus tam duriter tractatus: neq; Hippolytus à phocis Nerei tam graviter vulneratus: neq; à Medea

Medea Absyrtus tot vibices & cicatrices accepit: neq;
Deiphobus à conjugē Helena tot iētus, tot plagas, tot
mala pertulit, quot tu ceu hæresiarcharum malleus du-
tissimus Prisciano intulisti.

Sed jam primam, *Auditores Praestantissimi*, laboris mei
partem, in hoc Augiæ stabulo repurgando exegi; dum
Priscianum ex fimo extraxi, à sordibus quantum potui
mundavi, vulnera quæ *Schuelerus* ipsi fecerat, abtersi.
Nunc alteram mihi restare video, ut simum quoq; ege-
ram: quod opus profecto tantò esse sentio difficilius,
quantò laboriosius & molestius est quatuor annorum si-
mum paucis horis egerere. Quapropter cùm haec tenus
non nisi spongiā, linteis & scopis usus fuerim, nunc Al-
pheo opus esse video ad tantam simi copiam eluendam.
Simum dixi, sed intelligo Barbarismos, hoc est, voces &
phrases quæ contra Latinè loquentium morem atquè u-
sum formatæ sunt; puto vocabula quæ vel non Latina,
vel male Latina, vel spuria sunt. Illorum, si audire non
gravemini, recitabo vobis non pauca. Sic enim loqui-
tur statim in ipso limine: *Horum (Eckij & Cochlei) pius*
zelum Bernenses non verentur appellare contumeliam honorisq;
denigrationem: obtrectationem vocare debuit malitiosus
ille obtrectator. Mox ait *Disputationem Bernæ publicè habi-*
tam Catholicos facile ad concertamen laceſſivisse: Latini certa-
men dicunt. Num Latinum est derivatum *Cervicositas?* Pag. 35.
Non est: Plinio enim *obstinatio*, Ciceroni verò *voluntas*
obſtinatior & in iracundia obſfirmatior dicitur. Perperā quo-
què *præminentiam Ecclesiæ Romanæ tribuit Schuelerus*, lib. 1.
quam omnes qui Lingua callent Romanam penitus i-
gnorant, si vel maximè aliquam *eminentiam*, *authorita-*
tem, privilegium aut prærogativam præ alijs aliqui illi con-
cedant Att. epist. 9. Pag. 53.

cedant. Quale est, pande mihi tu Hercule Cacolice Ma-

Pag. 74. nifestum illud, quod Rhadamantho fratri tuo Devotus (sic enim lego R. D.) Iohannes Ludovicus de Rouvrai in lucem edere paravit? Estne manifestū aliquod convitū aut mendacium? Sic enim profectō & Latinē esses locutus, & verum dixisses. Sed ipse sic te explicas: De his omnibus manifestū aliquod, seu libellum in lucem edere parat. Ergo manifestū in genere Neutro Substantivē posuisti. Sed quā authoritate? Non certè Ciceronis, sic enim il-

Lib. 15. lead Trebonium: liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui? Quem si (ut debuisti) fuisse imitatus, sic profectō scripsisses: libellum in lucem ede-

Fam. Epist. 21. re parat qui declarationem habebit horum omnium. Verūm hoc omisso ut ad rem & intentum tuum veniamus, Schuelere, quò te barbara tua fatuitas rapit? Num intentum idem tibi significat, quod propositum? Atqui intentus Latinis idem est quod Græcis ἔντελος: hinc à patre eloquentiæ Cicerone intentus dicitur palmarum. Intentum verò in genere Neutro Participium est, quod Græcè οὐταπέραν, Latinè attentum, acre, illatum, vel imminens sive impendens,

Pag. III. 115. nunquam propositum redditur. Sic etiani controversista

Pag. 115. pro controversiarum perito, inordinatio pro confusione sunt

Pag. 159. Nomina Latinis inaudita. An rectè dictum Ecclasis Spir-

tus Sancti? Ecclasis enim illorum esse dicitur, qui eam patiuntur: Atqui Spiritus Sanctus ecclasi non patitur: tales enim ενστίνοι, hoc est, ecclasi correpti, seu mente commo-

Pag. 162. ti vocantur. Sic etiam confrater novum est compositum,

190. & sensualitas pro sapientia sive prudentia carnis novum derivatum. Apage te, Schuelere, frater ignorantiae cum tuis confratribus & confororibus, vestrāq; capitosā sensualitate! O nugatorem nugacissimum, stupidissimumq; Schuelerum,

qui

qui barbara & ridicula hæc vocabula *nugo*, *rolla* & *cappucium* pro Latinis usurpat. In altera (inquit) facie ejusdem numismatis, eadem diabolica inventione, veneranda effigie ac galero suo condecoratus *Cardinalis* & *stultus cum rollis suis* ac *cappucio uno quasi obtutu objectivo dignoscuntur*. Sed eras, o *rollifer stulte Schuelere!* Non enim *Cardinalis* numisma illud; sed *Protonotarij*, hoc est, tuam gerit effigiem, qui sapiens tibi tuisq; videris, quamvis omnibus stultissimus. Quale hoc Nomen est *falsificatio pro corruptione?* Item *Computus?* nam sic sonant tua verba: *omnium judicio & computu debetur operario merces.* Quid *computus* hic tibi significet nescio, si idem quod *Ciceroni ratio sumptuaria unum*; si: idem quod *opinio*, duos committis errores: pro *quibus omnium scholasticorum opinione & judicio operario dupla merces debetur*. Hanc igitur si te evadere posse speras, non *evasio ridicula* (ut tu ridicule & barbarè scripsisti) sed vanum potius *effugium* est appellandum. Nam quod in reliquis scholasticis ferula dignum est, cur id in te castigandum non esset? Quæris *anon hoc sit fabulonem agere, quicquid in buccam venit deblaterare, illudere & contraria docere?* Concedo, si nomen Latinum sit *fabulo*: sed tanien ita concedo, ut dicam te ipsum *fabulonem agere*, dum quicquid in buccam venit, scribis & blateras, meritoq; tibi, Eminentissime Domine Doctor, relinqu hunc titulum, quippè quo nemmo ineptior *fabulo*. Sed nec Latinis dicitur *impastibilitas*, quæ Græcis dicitur *irridens*. Quinetiam terminum grossi Latinusne sit an Gallicus quæro: si *Gallicum* dicas, barbarum esse concedis; si *Latinum*, non *erassum*; sed *ficum immaturam* significat. Latinis quoq; non dicitur *situatio*, sed *situs*; non *implicantia*, sed *contradiccio*; quam-

Pag. 194.

Pag. 195.

Pag. 262.

Pag. 278.

Pag. 281.

Pag. 546.

Pag. 303.

Pag. 305.

Pag. 307.

- vis igitur tibi concedam sententiam tuam (ut falsò afferis)
- Pag. 313. nulla implicantiā laborare, laborat tamen barbarie; & licet nulla se proderet implicantia, vitiosæ tamen locutiones tuæ in singulis ferè paginis se produnt. Qualia hæc sunt
- Pag. 372. Verbalia asscuratio, & pertinentia? Non in Latio, sed in
- Pag. 373. Monachorum culinis nata sunt.
- Pag. 454. Ex ijsdem prodijt vox
- Pap. 529. ocularis vel oculare pro conspicillo; item confederatio pro
- Pag. 574. fædere vel societate. Nec reētè commysta ex Præpositione con & nomine Græco μύστα componitur: non enim commysta sed symmysta (Συμμύσται) dicuntur, qui ipsdem sa-
- Pag. 591. cris sunt initiati. Realitatis & causalitatis termini, et si in Metaphysica & Logica tanquam technologicí tolerentur, non tamen tibi, Schuelere, absq; barbarismo sic loqui licet: Vinum Eucharisticum nullam sanguinis Christi realitatem aut alicujus gratiæ causalitatem continet. Ita potius loquendum est: vinum eucharisticum non continet ipsum sanguinem Christi, aut aliquam gratiam efficit seu confert. Nomen Verbale Crucifixor si Latinum est, tūm Iudeis crucifixoribus deteriores sunt non Orthodoxi, quos tu Calvinistas vocas; sed Sacrificuli, quia Christum quotidie crucifigunt. Quis est qui & hanc locutionem ceu barbarem
- Pag. 602. non irrideat? Verba ex Vasquez proposita nullam continent irreligiositatem, nullum penitus errorem. O utinam etiam verba Schueleri! Nam singula ferè continent aliquem errorem, si non contra Religionem, saltem contra Grammaticam vel legem Romani sermonis. Quis unquam
- Pag. 616. Latinorum consentiam dixit pro statu vel conditione?
- Pag. 617. item compassionem pro misericordia, seu mutuo molestiarum
- Pag. 620. sensu? ut & candelarium pro candelabro? vocem pro sus-
623. fragio? scopatorem pro scopario? centonem pro pondere cen-
- Pag. 624. tenario: Cento enim haud significat pondus certum: sed idem

idem quod Græcis σύρραγα vel θηρίαγα notat: id quod te nescire miror, nec (cùm Hercules tuus Cacolicus totus ex meris calumniarum, mendaciorum & blasphemiarum undiq; corrasis centonibus sit consutus) credidisse, nisi hic et aperte veluti sorex ipse prodiisses. Quis, inquam, Græcae Linguae peritus ἀταξίας Latinè malam concupiscentiam interpretatus est? Præter Schuelerum adhuc nemo: qui dum tantam vocabulorum Latinorum, Græcorum & Barbaricorum confusionem inducit, ἀταξίας meritò incusatur. Quibus porrò rationibus probabit rectè dici congruentiam pro ratione sive argu-
mento? inconsiderationem pro inconsiderantia? incorrigibili-
tatem pro pravitate insanabili? Sunt enim hæ voces omnes novæ, sunt barbaricæ, sunt Scholasticorum quis-
quiliæ.

Pag. 625.

Pag. 642.

Pag. 666.

& 679.

En nomina quoq; Adjectiva modò in culina Schueleri cocta, inepta, crassa & barbara! Nam ejulatum toni-
trualem, & draconem clavâ Herculis Catholici interemptum
(sic enim nebulo convitiando sed perperam gloriatur)
hydrosum denominat. Cur ejulatum tonitrualem? An
quia tonitrualis Adjectivum Latinum est? Nequaquam.
Sed quia ejulatū dicere voluit horrendum auditu instar soni
tonitru: quod ergò Latinè non potuit barbarè effatus est.
Cur draconem appellavit hydrosum? An quia hoc Adje-
tivum habitionem sive vehementiam copiamve signi-
ficit? quomodo animosum, ingeniosum lacertosum, nervo-
sum, saxosum & aquosum dicitur quod in se habet vehemen-
tiā ac copiam animi ingenij, lacertorum, nervorum, saxo-
rum & aquæ. An potius quod affectionem significet?
quomodo Schuelerus vinosus, mulierosus, libidinosus, se-
ditiosus factiosus dicitur esse sacrificulus, quod affectus
est ad

Laur. Valla:
Lib. I. c. 21.

56 IN JACOBUM SCHUELERUM

est ad has res, & amat *vinum, mulieres, libidinem, seditiones, factiones?* Sed neutra denominatio quadrat. *Hydrus* enim (si fabulis illis credimus, quibus *Schuelerus* tanto perè delectatur) fuit *draco*: Jam si (ut Logicorum terminis, in causa coram Logico tribunali dijudicanda, uti mihi liceat) species ab individuo rectè denominatur, quidni Petrus, qui homo est, dicatur *petrosus homo?* Non ergo *hydrosum draconem*, sed cum Virgilio *hydram Lernaeam* vocare debuisti: sed quid? num *decem conclusiones & acta disputationis Bernensis?* apage hanc blasphemiam! sed bestiam illam habentem septem capita & decem cornua, hoc est, (ut tu tibi ipse contradicens dicitur fateris) *Romam Ethnicam in fine mundi, cum illa erit evertenda*: Romam vero eam quæ Ethnicam Religionem, superstitionem, & idololatriam postliminiò reduxit & mordicus defendit (ut fecit hodierna) non Christianam sed Ethnicam vocandam esse censeo. Ecquâ igitur fronte cum zelo te *Matthatia* comparare aedes sacrificule omnium perditissime? Te, inquam Idololatriam cum eo qui pio zelo affectus Judæum idolis sacrificantem trucidavit super aram? Te, qui cum Christianum te profitearis, alios ad idololatriam incitas, cum eo, qui Ethnicum alios ad sacrificandum idolis cogentem occidit? Quod si *zelosus* (quamvis barbarè) vocandus es, *zelosum* ego te nuncuparem non *Matthatiam*; sed *hypocritam zelum simulantem* more Pharisæorum, profidentium se esse discipulos Mosis, & hoc vano prætextu Christum reijcientium; vel *zelosum*, hoc est, *invidiæ repletum*, more Pontificis maximi & Judæorum. Sicut enim illi Evangelium ceu noctuæ lucem, ferre non poterant, sed Apostolis Evangelium prædicantibus palam con-

De lab.
Herc.

Pag. 60. 61.

I. Macch. 2:
23. & seqq.

Proloq.

Joh. 9: 28,
29.

A& 5: 17,
& 13. 45.



contradicebant. Sic tu, quamvis sis *tyro & novitius* in *controversisticis palestris*, & nescias *scholasticam & controversisticam doctrinam*, ne dicam literas combinare, aut vocabulum benè Latinum proferre, tamen contra veri Evangelij præcones ac assertores, & nominatim contra Lüthardum & ejus *asseclas*, rma sumere non dubitas, & velut alter Elymas plenus omni dolo & hostis omnis justitiæ Bernenses studes avertere à fide, & vias Domini rectas pervertere non cessas. Quid igitur mirum si tanta caligo & tenebræ in mentem tuam inciderint, ut non modò veritatem, sed tot etiam barbarismos in opere tuo verè puerili & scholastico cernere nequiveris? Non igitur *insensatus Lüthardus* (quem contumeliosè *impj & blasphemæ Calvini vocas nepotem*) sed *sensibus privatus*, imò *mentis ac rationis expers* est ipse *Schuelerus*, & filius Diaboli, à quo tāni impudenter mentiri & blasphemare didicit. Sed nimis urgeo: commoveri videtur hic novitius & instar *vulpecula sampsonica* (nam sic eas à *Samsone* iste denominat) igne infernali vexatus quærerit lustrum, ubi latere possit: sed frustra: eadem namq; catenâ, quā ipse Cerberum traxit ab inferis, caudæ illius alligatus ab eodem in *officinam orcinianam*, vel potius (ut Latinè loquar) in *Orcum* retrahetur: non quod Cerberus potestatem *authoritativam habeat à se ad punienda avertenda*, tām exorbitantia Schueleri crimina, sed quod hæc provincia ipsi tanquam carnifici injuncta sit ab eo, qui dixit foris esse debere idololatras, & quicunq; amant ac committunt mendacium. Sed desinam tām ominosa in *Schuelerum* loqui, & revertar ad *ridiculosa*: *In septenni* (inquit) *puero ridiculosum valde est*, si dentes nondum ediderit, si semper includatur in cunabolorum suorum angustijs, si male vegetetur,

H

nullamq;

Prolog.

Pag. 62.

Act. 13:7.8.

10, 11.

Pag. 13.

Pag. 16.

Pag. 19.
& 616.

Pag. 29.

Apoc. 22:

v. 15.

Pag. 51.

nullamq; incrementi novi spem faciat. Ego verò magis rēdiculum esse dico in *septuagenario scholastico*, si literas combinare, orthographicè scribere, vocis secundūm communia accidentia & species differentias, Nominum qualitates, Genera, Numeros, Casus, Declinationes, Verborum formas à se invicem dignoscere; item duo Substantiva, Adiectivum cum Substantivo, Relativum cum suo antecedente, Nomen cum verbo, Verbum finitum cum Infinitivo, Præpositiones cum suis casibus legitimâ constructione conjungere; si Græcè legere, declinare & conjugare nondum didicerit; si semper male loquatur, male scribat, pejus dicat, pessimè differat, nullamq; ullius profectus in literis spem faciat: quæ omnia etsi imite Schuelere, plus satis eluceant, tanta tamen fuit tua arrogātia & præsumptio, ut controversias Theologicas tractare fueris ausus. Sed quis fuit hujus inconsideratissimæ temeritatis tuæ eventus? quis successus? profecto infelicissimus. Tām enim scripsisti petulanter & pueriliter, ut vix verbum verbo cohæreat, quo non statim secum scommate orthographicus, vel cum calumnia solœcismus, vel barbarismus cum mendacio prodat. Ad hanc igitur petulantiam & inscitiam omnino opus est calamo, non purgativo, sed censorio: opus est, inquam, herculeis scopis non ad expurgandum modò hoc Augia stabulum, sed etiam ad nates tuas cædendas. Num igitur quod scripsisti humana

Pag. 80. & 190. saluti vel Ecclesiæ Catholicæ erit proficuum? Minimè gentium; qui enim utile esse potest, quod nequiter virulenterq; à virulento & instato araneo in simplicium animarum perniciem scriptum est? Mox Querulosa verba Bellarmini à Lüthardo in medium producta, nempè melius consultum fuisse Ecclesiæ, si Verbum Dei nunquam fuisse scriptum, in

Ibid.

libris

Libris ejusdem Bellarmini te nusquam potuisse reperire tu querulâ voce refers: sed nec ego reperire potui in ullo Clas-
 sificorum Authorum Adjectivum querulosus, quod in Sa-
 turni podice te reperisse credo. Quâ hæc imaginum
 sunt epitheta, quibus eas *motivas & loquaces* esse dicis? Pag. 93.
 Nego imagines *motivas* Latinè vocari; nego *loquaces* ve-
 rè nuncupari posse. Os quidem habent, at non loquun-
 tur. Tanta tamen est horum nebulonum & idololatram-
 rum perversitas & impudentia, ut ipsi Deo velut in os
 contradicentes Verbum Dei mutum, S. Scripturam
 mortuam regulam; imagines verò *ad charitatem erga*
Deum & Sanctoros fovendam & augendam efficaces & loquaces
 horrendâ blasphemiam appellare non erubescant. Quid
 ad hæc Schuelerus? Ad Rheticam confugit & per me-
 tonymiam efficientis hæc excusare conatur epitheta.
 Imagines vocat *loquaces*, quia per nonnullas Deus sepiùs mi-
 rabilia operatus est, à varijs morbis & languoribus curando in-
 firmos & liberando, quorum lingue in laudem Dei & gratia-
 rum actionem mirum in modum facundæ & dissertæ evaserunt &
 vocat *Motivas & efficaces*, quia ad imitationem excitant in-
 spectores, nam ex illis (ait) picturis tanquam signis & instru-
 mentis docemur per compendium, quid illi, quos veneramus
 egerint, quidve paſſi sint, sicq; veluti in absentes amicos inardeſ-
 cimus, testamurq; nobis placere eorum fidem, doctrinam & san-
 ctos mores: hincq; simul detestamur omnem impietatem & ido-
 lolatriam, contra quam ipsi usq; ad mortem pugnarunt. Egre-
 gia sane excusatio! Imagines ipſos venerari, ait, ut idolola-
 triam detestentur: perinde ac si quis alterius torum se
 violasse fateretur, adulterium interim detestari vellet
 videri. Sed videte quo effugio elabi conetur anguis iste
 lubricus: Non (inquit) simulachrum quodlibet vel *imago* Pag. 573.
H 2
numinis

numinis cuiuslibet est idolum, sed tantum imago numinis falsi; alias sequeretur apud Ecclesiasticos imagines Christi & Sanctorum præcipue vero imagines Trinitatis recte vocari idola. Benè est, mi Schuelere, quod tu ipse hanc necis consequentiam: sic enim ad hoc ut idololatriæ te cum reliqua sacrificulorum turba convincam nihil supereffe aliud video, quām ut demonstrem, quod tu negas, idolum esse omne sculpitile sive imaginem quā Deus, etiam verus, repræsentatur,

Deut. 4:12. etiam si ipsa imago pro Deo non habeatur. Idolum enim 15. & seqq. facit qui sub maris vel fœminæ vel aliâ quacunq; imagine repræsentat quod repræsentari nec debet nec potest: Sacrosancta verò Trinitas nullâ similitudine potest repræsentari. Cui assimilabitis Deum fortē (inquit Esajas) & quam similitudinem comparabis ei?

Aet. 17:19. Et Paulus: Non debēmus existimare auro & argento aut lapidi, sculpturæ artificij & excogitationis hominum Numen esse simile. Num de falso hīc loquitur Numine? Minimè gentium: sed de vero, de illo inquam Deo qui

Aet. 17:24. fecit mundum & omnia quæ in eo sunt; de illo Deo, in 26, 28. quo vivimus, movemur & sumus. Firmiter igitur contra Schuelerum concludo, etiam veri Dei imagines idola esse, ipsumq; quia illa veneratur, idololatram absq; calumnia vocari. Rationem hujus rei omni exceptione majorem.

Rom. 1:23. hanc reddit idem Apostolus; quod qui verum Deum imaginibus repræsentare volunt, gloriam incorruptibilis Dei mutent in efformatam imaginem corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & reptilium. Idem judicandum de imagine Christi: Christus enim est Deus & homo, hoc est, Deus & homo in una persona. Quis verò magnum hoc pietatis mysterium ullâ imagine repræsentabit? Errat profecto quicunq; Christum crucifixum

fixum alio modo quām Paulus, in verbo scilicet & Sacra-
mentis, depictum Laicis exhibendum censet. Sancto-
rum etiam imagines quotiescunq; cultus religiosus illis
defertur, idola, & cultum illum idololatriam rectē vo-
cari contendo: nec refert an ipsæ imagines, vel per illas
Sancti, vel Deus coli & honorari dicatur. Si cultus ille
defertur imaginibus, vel sanctis (ut vult Schuelerus) ido-
lolatricus est, quia utroq; modo defertur illis qui naturā
non sunt dij. Sancti enim naturā dij non sunt, non magis
profectō quām ipsæ imagines ex ligno, lapide, auro vel
argento effectæ, aut dij Gentium fictitij. Si defertur
Deo, iterum cultum illum idololatricum esse concludo:
quia nullibi præcepit Deus ut ipsum per statuas sancto-
rum prophetarum vel Apostolorum colamus: cultum au-
tem illum qui Deo præstatur, præter aut contra illius
mandatum, ad ipsius hominis arbitrium, superstitionem
& idololatriam vocat propheta Samuel: cuius ceu-
scriptoris S̄ept̄rie⁹, longè major apud me & omnes ve-
ritatis amantes est authoritas, quām ullius synodi quæ con-
tra expressum Dei Verbum anathema dicit̄ ys qui imagines
Christi & Sanctorum vocant idola. Concedamus autem
(ut redeamus illuc unde digressi sumus) loquaces rectē
appellari imagines, non alio tamen sensu ita appellantur,
quām quod loquantur & doceant mendacium & vani-
tatem. Quæ hæc natura est, quam Schuelerus vocat garru-
lam & clamorosam? Clamosam enim ipse induit, quam
eò magis prodit, quò magis intempestivam exercet gar-
rulitatē? Quis interim bimarem Philistæum vidi unquam?
Viros robore, proceritate vel corpulentia instar duorum vidi
multos; sed bimarem vidi neminem: urbem interim
Corinthum bimarem denominari ab Horatio probè me-

Pag. 586.

Gal. 4: 8.

1. Sam. 15:

v. 23.

Pag. 574..

Jer. 10: 18.

Hab. 2: 18.

Zach. 10: 2.

Pag. III.

& II4.

Lib. I.

carm. od. 7.

- Pag. 159. mini, quia utrinq; mari alluitur. Non igitur *universalis*
sed singularis & Schueleri propria est hæc *dementia*, quâ
existimat *bimaris* compositum esse ex *bis* & *mas* maris.
Ibid. Undè etiam prodierunt illi *tituli* quos Schuelerus barbarè
paginales vocat? Procul dubio è Paganibus, quorum
affiduuſ dicitur esse assecla. Novum etiam hoc decom-
positum *inintelligibile* à Latinis auribus non potest intelligi:
Pag. 175. nec etiā scoria *hereticalis* ad quam Bucerū apostat *asse* nimis
Pag. 188. barbarè dixit. Nec rectè denominari puto *sensualita-*
Pag. 190. *tem capitosam*, pro ea quæ *obstinata* nimis est in explendis
Pag. 192. carnis cupiditatibus. Nemo etiam Latinorum *obsti-*
nationem pertinacem vocavit *chalibeam*. Si tām Latinē &
Pag. 211. honestē coram honestis auribus *Latrinaria* nominaretur,
quām fœdum est eam exercere, satius fuisse dicerem ar-
tem tām sordidam & infamem exercere, quām ejusmodi
opus conscribere; quod foetore & spurcitie omnes la-
trinas, foricas & cloacas exsuperet, quale tuum est, Schue-
lere, cui ne Alpheus quidem plenè expurgando sufficit.
Alter de duobus dici, Alius de multis, notum est omnibus,
licet non omnes rectè utantur, inquit Laurentius
Valla. Id in te, Schuelere, verissimum esse deprehendo:
Lib. 3. c. 59. Pag. 232. Uno correlativorum posito, dicis, necessariò aliud ponи: item
&c. 233. unum contradictorium aliud ex eodem subiecto expellere,
unumq; contradictorium aliud devorare. Dicendum enim
erat uno correlativorum posito necessariò ponitur & al-
terum; unum contradictorium alterum ex eodem subiecto
expellit; unum contradictorium alterum devorat. Non
tantum ipse hunc barbarismum sàpiùs commisisti, sed
eundem quoq; cum turpi solœcismo Domino Johanni
Wirzio, Viro Doctissimo affingis, dùm sic cum loqui
scribis: *Sunt hi modi sibi oppositi, & unum tollit alium, pro*
alterum.

Pag. 424.
&c. 425.

alterum. Non (inquam) Clarissimus Dominus Wirsius, qui Germanicè scripsit; sed tu ipse, verba illius in linguam Latinam imperitissimè transferendo, hos commisisti errores. Et quis barbarismum esse negabit, *gaudys indicibilibus perfundi pro ineffabilibus? lejunium quadraginta-diale?* quod alij analogiam secuti melius *jejunium quadraginta dierum* vocarent. Præterea hæc duo vocabula *unus aliis* male conjunguntur, cùm ex multis *unum eumq; certum* volumus indigitare; pro quo Latini *quidam* usurpant. Verba igitur tua *quorum (articulorum)* prater tres primos *unus aliis* erroris *hujus perniciosi fermentum continet*, sic corrige: *quorum præter tres primos quidam (articulus) erroris hujus perniciosi fermentum continet*. Profectò plura ego à Schuelero barbara, quām ille à me Latina, didici, quæ nollem didicisse, ne fortè ijs utar, ut ipse facit. En duo *concilia Carthaginensia* vocat *Regionaria*: quasi verò concilium Ecclesiarum unius regionis rectè dicatur *regionarium*, ut vocabulum male Latinum culinarium. Sed continere me amplius non possum, quin pro tot commissis barbarismis ipsum secundūm leges scholasticas virgis cædam. Prodi ergo Schuelere: prodi inquam, non audio excusationes tuas frivolas. Accede scelestè: quid restitas? Tolle tunicam clericalem: porrige nates furcifer: depone manus, nî obediveris, virgæ inversæ capitello dorsum tuum egregiè dedolabo. Ambo jam defessi sumus, tu vapulando & quiritando, ego verberando. Depositâ ergò ferulâ ad correctionem redeamus. *Statum electorum & damnatorum* vocas *charitativum*: utrum illorum statuum tu elegeris, nescio: hoc tamen affirmare ausim, cum qui in statu *charitativo, pietativo, probitativo, castitativo* vel *sobrieta-*

Pag. 253.

Pag. 248.

Pag. 355.

Pag. 394.

ibid.

Pag. 463.

- Pag. 525. *sobrietativo esse dixerit, nec Latinè nec verum loqui. si connaturalis (ais) sensus verbis illis inhæret, cur ad metaphoricum eum transfert Berchtoldus?* Imò si Latinè sensus literalis vel proprius dicitur, cur à te barbarè connaturalis vocatur? Tot & tām enormia errata, Schuelere, non sunt pecunia redimibilia, sed virgis: alio pretio si metum illarum redimi posse putas, vehementer erras. Ubi invenisti Adjectivum succulentus, undè vineam denominas succulentissimam? quæ melius, Columellā teste, succosa dicetur. Mirum profectò est tuum ingenium in formandis Adjectivis denominatvis: num enim aqua baptismi rectè à baptismate denominatur baptis malis? Num mensa lapidea rectè nuncupatur lapis mensalis? Ergo etiam columna lapidea, lapis columnalis; statua marmorea, marmor statuale; mensa lignea, lignum mensale; & vestis aurea, aurum vestale; & poculum argenteum, argentum pocale vel poculare rectè vocabitur. Injuriam etiam facis Zuinglio, dum eum spirituales vestros falsò sic dīctos, putativos nominasse asseris. Non enim tām barbarè & rusticè locutus est vir Pag. 666. Linguæ Latinæ peritiissimus. Moniales illas quæ tempore Reformationis matrimonium contraxerunt, Apostatrices nominas, sed nec verè nec Latinè. Apostatrix enim sive Substantivè sive Adjectivè sumatur, Latinum non est. Non magis certè quam barbara illa Adjectiva talis qualis pro qualiscung; item trabeus & festucus.
684. Sed mittamus Nomina, & ventilemus etiam Verba illa barbara, quæ passim protulit Schuelerus: non illa tantum quæ apud probatos Authores nusquam inveniuntur, sed etiam quibus significationes affingit alienas & falsas.
- Pag. 13. Transili (inquit) Hispaniam, Galliam, Italiam, Europam, Asiam, Africam, Americam, &c. & ubiq; invenies eandem Eccle-

Ecclesia faciem, eosdem fidei articulos, eadem essentialia capita.
 Imò si tu, Schuelere, transiliſſes Barbariam, transiliſtre pro per-
 agrare nunquam dixiſſes. Ecclesiam quam tu calu-
 miniosè Calvinianā vocas, & à Catholica ac Apostolica perpe-
 ram excludis Lüthardū mordaciter profiteri & propugnare aīs,
 sed ineptissimè: aut enim adjunctum Adverbīū non qua-
 drat, aut profiteri pro tueri barbarè dixisti, cùm non mor-
 daciter, sed aperitè potiūs & liberè aliquid proficeri, mordi-
 cūs autem tueri dicamur. Quid est quòd Novantes, hoc
 est, (ut alibi te explicas) Reformatores in Disputatione Ber-
 nensi practicasse dicis? Nihil illi fecerunt reprehensione
 dignum, quòd in rebus fidei Pontificem Romanum pro judice
 controversialium agnoscere noluerunt. Non enim (ut tu
 arguis) privatū spiritū Enthusiastarum fictas revelatio-
 nes ipſi S. Scripturæ contrarias jaſtantium, vel cerebri
 ſui cōmenta ſecuti ſunt, ſed ipsum Spiritū S. in Scriptura lo-
 quentē exponendo ſenſum Scripturæ per Scripturam ip-
 ſam, ut Levitæ ſub principe Nehemia poſt captivitatē
 Babyloniam feciſſe leguntur. Commenta verò cerebri
 tui ſequetis ipſe tu, dūm tot nova & barbara Verba com-
 minifceris & ſine judicio effutis, qualia ſunt inſinuare pro
 ſignificare vel indicare; diſcurrere pro loqui, diſputare ſive
 diſſerere; diſcindere pro abſcindere; confor- tare pro conſirma-
 re; reciprocate pro reſpondere vel regeſtere; morsificare pro
 mordere; falſificare pro adulterare; pa- ralogizare, pro falſā
 argumentatione decipere. Sed fruſtrà eſt, o Schuelere, quòd
 Bucerum Doctiſſimum Teologum inepta Battalogia pa-
 ralogizare criminariſ. Benè enim argumentatus eſt
 Bucerus ex Paulo contra interdictum illud Præſulum in
 Ecclesia Romana, quo nuptiarum & ciborum quorun-
 dam uſum prohibuerunt: nec id fecit, quod tu facis,

I

qui

Pag. 11.

Pag. 82.
& 691.

Pag. 95.

Pag. 97.

Pag. 127.
& 139.

Pag. 182.

Pag. 190.
& 194.

Pag. 208.

1. Tim. 4:
v. 3.

qui per totum librum nihil aliud (ignoscite mihi *Audi-*
tores, quod & ipse à Schuelero didici Basiliensiv) quām pa-
ralogizas, pararhetorizas, paragrammatizas, barbarizas & sa-
lacizas. Nutio non est idem quod vario, sed idem quod nicto,
vel vacillo, labasco, ruinam minor. Cūm ergo Doctorum ve-
stitorum pseudocatholicorum in doctrina de meritis ex congruo
& condigno sensus nutare ipse asseras, ipsos in suis sententijs
vacillare, hoc est, inconstantes, dubios & incertos hærere
imprudens concedis. Nec compositum perluo pro sim-
plici luo recte ponitur, ut sicut luere pœnas, ita etiam pœnas
perluerere dicere liceat: Luo enim idem est quod λύω, sol-
vo, libero, pendo; sed perluo idem quod ξυλάω, abluo, à
simpli λύω, lava. Non ergo Calvinus oꝝ marge itme ater-
ne damnationis pœnas perluit; sed Stygia unda ipsius Schue-
leri artus, nī mature resipiscat, brevi perlurentur. Quale
autem Verbum est masticare? Græcumne, Latinum an
Barbarum? Latinum non est: nam mandere, extenuare,
molare vel confiscere cibum dicunt Latini. Dentibus (ait
Cicero) in ore constructis mandatur, atq[ue] ab his extenuatur &
molitur cibus: eorum adversi acutimorfu dividunt escas; in-
timi autem conficiunt, qui genuini vocantur. Si Græcum
est, indica milii, masticia, utrum à μαστίχῳ mando, an à μα-
σίχῳ flagris cedo deducas: priori namq[ue] derivationi ana-
logia, posteriori etiam significatio repugnat. Abstine-
ergo à plasmatis vocabulis, si illa secundum analogiam
formare nescis. Imponere Latinum quidem est, pro tri-
buere tamen vel adscribere si apud idoneos authores usur-
pari existimes, tibi & alijs imponis. Suadere quoq[ue] pro
composito persuadere extra hoc Augieſt stabulū, quod mihi
purgandū iuscepi, inveniri creditu & tibi probatione est,
difficilimū. De Theodulo Sedunensi episcopo multa pro-
pala-

palasti fabulosa, quæ reticere satius fuisset, quam cum tot barbarismis palam proferre & recitare: nec hominis protervi est hec omnia fabulosa dicere; at illiterati & insulsi hominis est ponere verbū substantivū esse pro dicere; & imagines in templis exponi, proponi, vel collocari: nisi fortè quis dicere velit imagines in templis exponi venales lucri causā. Sordidū etiam verbum est dehonorare, quippe quo nemo bonorum authorum usus est, qui in honestare vel dedecorare dixerunt.

Pag. 373.

Pag. 549.

Pag. 614.

Pag. 616.

Quemadmodum verò à Verbis oriuntur Participia, seu talia nomina quæ cum Genere, Numero & Casu etiā Actionis & Passionis Tempus ad significant: ita Schuelerus à Verbis barbaris barbara quoq; traxit Participia. Barbarum ejusmodi Participium est effigiatus, à Verbo effigie deductum, pro quo Latini dicere effigiem conformato. La-
bitur quoq; Schnelerus, præcensitus & præallegatus pro prædictus vel suprà dictus participia probatis Authoribus usitata esse si credit. Probet quinetiam Clarissimus Do-
minus Doctor & Protonotarius Apostaticus, Ecclesiæ il-
las particulares, quæ sub vexillo crucis Christi militant rectè nominari vexillatas phalanges: vexatas potius vocare debuisset, quandoquidem ipse cœn peculiare Antichristi principium eas, & quidem nominatim Bernensem, tam virulentis vexat contumelijs & probris. Non est parti-
cipium Latinum zelans pro zelo affectus vel accensus; pro-
ut nec zelo vel zelos Latinum verbum est: nec si esset, rectè abste dictum fuisset Achab ad Eliam eam, (Religio-
nem) zelantem dixit: nam vulgatus ita loquitur, zelo
zelatus sum pro Domino Deo exercituum: sic tu Eliam non Religionem; sed pro Religione zelantem sive zelo affectum dicere debuisses. Proba, Domine Decane, ex probatis Authoribus rainas rectè dici collapsantes pro collabentes,

Epist. dedic.

Prolog.

Pag. 89.

Pag. 115.

Pag. 287.

1. Reg. 19.

10.

Pag. 287.

vel collapsas, ut credamus. *Sacra Scriptura non est male intellecta vel glossata à Reformatoribus nostris:* ut tu barbaræ sis, sed bene ab ipsis & intellecta & explicata: utinam sic intelligeretur & explicaretur à Domino Protonotario! sed male ipsum Sacram Scripturam intelligere & explicare non miror, cùm ne tantum quidem in literis profecerit, ut sententiam aliquam Latinè sine barbarismo vel solœcismo proferre possit. Ostolidum & va-

Pag. 337. cui cerebri hominem, *impanatum* qui Latinum esse vocabulum credit: aut dic mihi, Domine Doctor, quid sit *panare* & *impanare*? Impolitum etiam & inusitatum.

Pag. 552. participium est *retumulatus*, ut ipsum etiam verbum *retumulo*: & unde probabitur *retumulare* idem esse quod denuò vel iterum tumulare, & non potius *sepulsum* è tumulo effodere; Nam re in compositione non semper iterationem, sed etiam contrarietatem significat: sic *refigere* significat educere quod fixum erat; *retegere*, denudare quod tacitum erat; *retexere*, reddere quod textum non erat, & quasi infectum quod erat factum; *recludere*, aperire quod clausum erat; *revelare*, velamentum tollere; *resignare*, relaxare vel patefacere quod erat signatum obsignatumve: ita *retumulare* pro effodere quod tumulatum erat ut dicatur eadem analogia permittit. Quàm bene *Imagini Sanctorum Apostolorum, Prophetarum & Martyrum quorum historia in omnibus Papistarum Ecclesijs depinguntur* nominentur historiata, infrà in tua deprecatione *historiabo*, hujusq; castigationis historiam quam tot mendacijs & calumnijs, solœcismis & barbarismis commeritus es, lepidâ imagine & picturâ repræsentabo. Nullius etiam precij est participium *appreciatu*s,

Vall. lib. 5. cap. 63. prout ipse Schuelerus, quem quicunq; penitus cognoverunt flocci non æstiment.

Pag. 609. Pag. 620. Sed

Sed satis de Participijs: Nunc ad nova Adverbia, *Auditores*, in schueleri ustrina modò fabricata attendite, quæ vobis recitabo. In Ecclesia vera & orthodoxa ultimè salutem aeternam nos posse consequi affirmat Schuelerus. Concedo: nego autem hodiernam Romanam esse illam Ecclesiam. Est enim falsa & heterodoxa, imò ipsius Antichristi synagoga, quæ proximè dicit ad aeternam condemnationem: maximè si quis ejus vestigia pressim, sequatur, ut tu barbarè locutus es. Pressè enim invenitur apud idoneos authores (non pressim) pro breviter, subtiliter, attenuatè vel angustè: item nunc vel hac vice, & tunc; non autem pronunc, protunc, ut Schuelerus & quidem sapissimè loquitur. Si quis ab Ablativo mordaci formet Adverbium mordaciter, quamvis analogia videatur favere, non tamen illi assentior: usus enim Latinè loquentium obtinuit ut mordicus dicatur. Estne ille vir in omni meliore literatura versatissimus, qui verbatim pro verbotim dixit? Estne ille vir in sublimiore doctrina eminentissimus, qui putat improbabilißimè esse genuinum Adverbium? Estne quamquam pro quaquam vocabulum Linguae Romanæ consentaneum? Suntne eruditè formata Adverbia conciliari-ter pro in concilio; occasionaliter pro data vel oblatâ occa-
fione; illusoriè pro iocose? An etiam scit quid dicat qui duas has particulâs sapè sepius conjungit, & ponit pro sapissimè vel nimium sapè? Adverbio quantò non respon-
det tantum sed tanto: illud enim separationem, hoc autem comparationem significat. Contra Latino-
rum etiam consuetudinem dicitur à longè pro è longin-
quo; hic & nunc pro hic illicet, hoc vel illo tempore; jam-
diu pro jamdudum. Nec Adverbium hoc irrationali-
ter à doctis, sed ab indoctissimis, ἀλόγως seu absq; ra-

Pag. 2.

Apoc. 18:4.

Pag. 51.

Pag. 72.

Pag. 81.

Pag. 89.

Pag. 95.

Pag. 130.

Pag. 155.

Pag. 174.

& 195.

Pag. 218.

Pag. 557.

Pag. 305.

ibid.

Pag. 392.

Pag. 559.

70 IN JACOBUM SCHUELERUM

Pag. 623. tione fictum est. Barbara deniq; sunt etiam illa Ad-
verbia, *hebdomadatim* & *finaliter*, cùm Latinè dicatur *sin-*
gulis hebdomadis, & tandem *five postremum*.

Hucusq; , Auditores , illos recensuimus barbarismos
quos Schuelerus insingulis vocibus comisit : Nunc phra-
ses quoq; & formulæ illæ loquendi impuræ & barbaræ,
quibus scriptum suum ineptissimum inquinavit, exami-
nandæ & discutiendæ restant. *Scribo* (inquit) *vobis pro*
cautela: *cautelam* cœu vocem omnino barbaram non re-
prehendo: utuntur enim eā Jurisconsulti sæpè; tametsi
elegantiūs *cautionem* dicamus. Et certè *cautela*, pro
cautione posita , significat *instrumentum obligationis*, *fide-*
junctionem aut aliam *satisfactionem* , quâ alicui cayetur;
nunquam *provisionem* vel *evitatem* *incommodorum* ut
cautio. Aliud ergò est quod noto, ipsam nimirūm phra-
sin , quam Latinorum auribus infuetam esse contendo.
Non enim illi dicerent *Scribo vobis pro cautela*; sed eā *gra-*

Proloq. *tiā scribo ut vobis caveatis*, vel ut (hanc multorum à fide
defectionem) *provideatis & evitatis*. Deindè etsi Schue-
lerus hanc phrasin usurpet *pulsare ad corda*, nescio tamen
an probati Authores eā utantur. Has enim phrases,
pulsare ostium, fores, villam, limina, postes, me legisse memi-
ni; sed *pulsare ad ostium, ad fores, ad villam, ad limina, ad*
postes, non recordor me ullibi reperisse. Te verò, Schue-
lerere, vecordia *pulsavit*, cùm scripsisti Lutherum secum non
fuisse unum; item Philippum Melanchtonem non fuisse sibi
concordem & unum in doctrina. Hoc si verum esset, à seipso
dissidere, secumq; discordare uterq; dicendus fuisset. O ele-
gantem brevitatis formulam, quâ uteris cum dicis *ad*

Pag. 7. *utendum compendio!* cùm dicendum potius sit *ut uta-*
Pag. 9. *mur compendio*, vel *ut breve monstrum compendium*. Num
Cic. credi-
Lib. I.
de fin.

Pag. 20.



credibile est prudenter eum loqui, qui sic loquitur: num
 prudenter est credibile? Quid quælo vocas prudenter credi-
 bile? An quod credibile est homini prudenti? Atqui repu-
 gnat ejusmodi locutio Adverbij naturæ. Nam Adver-
 bium explicat circumstantiam illius vocis cui adjungi-
 tur: Jam verò Adverbium *prudenter* hīc adjungitur Ad-
 jectivo *credibile*, quod adsignificat *rem quæ credi potest*.
 Ergò cùm non ipsius rei quæ credi potest, sed hominis
 qui credit adjunctum & qualitas sit *prudentia*, quod
 est homini *prudenti* *credibile* vel *incredibile*, ineptè dicitur
 esse *prudenter credibile* vel *incredibile*. *Confessionem Augu-*
stanam (ais) satis laboris habere, ut seipsum defendat. Ergò
 seipsum defendere concedis: quod sufficit. Quemad-
 modum enim illi, qui hostem vincit, victoriæ laus detra-
 hi non debet, et si *agrè* illam obtineat: ita de illo tan-
 quam victo nemini triumphare licet qui sc *agrè* defendit,
 modò se defendat, quod facit confessio Augustana (cum
 qua in singulis articulis, solo decimo de Cœna Domini,
 eoq; non toto excepto, nostra Helvetica consentit) quam
 ceu solidè in verbo Dei fundatam tu, Schuelere, cum re-
 liqua Antichristi turba hactenus frustra oppugnasti.
 Barbarismorum quoq; ordini adscribo insulsam hanc
 phrasin Schueleri, in ordinem hereticorum se redigere, pro
 transfugere ad hereticos: in ordinem nainq; redigere idem
 est quod ordinare, suo queq; ordine disponere, digerere & di-
 stribuere. Non est (ut putat Schuelerus) idiotismus idem
 quod literarum ignorantia, rerumque imperitia; sed
 vox est Græcæ originis, & significat formam loquendi è
 vulgo sumptam, itemq; proprietatem lingue: idiota igitur,
 hoc est, indoctus & illiteratus est Schuelerus, cui idiotismus la-
 borare significat in artium & literarum studio versatum non
 esse.

Pag. 23.

Pag. 50.

Pag. 72.

Pag. 86.

esse. Multa miranda narrant Physici de apibus, Plinius imprimis & Aristoteles de historia animalium, nullus tamen tam solers naturae illarum indagator fuit, ut plurimum Reverendus D. Dominus Jacobus Schueler S. S. Theologia Doctor, Protonotarius Apostolicus, Ecclesiae sancti Nicolai Collegiate Fryburgi Helvetiorum Decanus, quondam dicti Episcopatus Lausannensis Vicarius Generalis, & officialis: Vir in omni meliore literatura versatissimus, atq[ue] in sublimiore do-
Pag. 91.
& 92.
 Etrina eminentissimus. Hic enim respectivè talia scripsit de apibus, nempe illas ex florum foliorumq[ue] succo forcipe decerpere quod in mellis dulcorem liquentur. Suntne ergo apes fabri ferrarij, quod forcipe utuntur? An prunas candentes decerpunt forcipe, ne lacerant os vel pedes? Neq[ue] enim scio quid aliud dicere ipsum voluisse conjectem. Forsan talia scribendi occasionem ipsi dedit Virgilius, qui apes in partiendis inter se operibus cum Cyclopibus conferens inter alia sic loquitur:

Georg. 4.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
 Quum properant, alij taurinis follibus auræ
 Accipiunt redditumq[ue]: alij stridentia tingunt
 Aera lacu: gemit impositis incudibus Aetna:
 Illi inter se multa vi brachia tollunt
 In numerum, versantq[ue] tenaci forcipe ferrum:
 Non aliter (si parva licet componere magnis)
 Cecropias innatus apes amor urget habendi
 Munere quamq[ue] suo: grandævis oppida curæ,
 Et munire favos, & Dædala fingere tecta.

Si hinc concludit vir in poëtis & omni meliore literaturâ tam versatus apibus ad expedienda opera sua opus esse forcipe, quæro annon eadem ratione concedat opus ipsis esse malleo, ferramentis, vectibus & machinis?

nis? Verum alia adhuc incidit suspicio, nimirum legisse illum in Aristotele, ipsas apes mel non facere, sed (ut Theodorus Gaza interpretatur) *rorem carentem deferre* in aparia. Hinc vir in Physicis & omni sublimiore ^{Hist. anim. lib. 5. cap. 22.} doctrina eminentissimus collegisse videtur, ut fabri *ferrum candens forcipe apprehendunt*, sic apes *rorem carentem forcipe decerpere*. Forceps enim, secundum Servium, ita dicta est quasi *forviceps*, quod è *forva*, id est, *calida* ^{Comment. ia} *ca-*
piantur, secundum Varro autem, quasi *ferriceps*, quod ^{4. Georg. Lib. 7. de} *ferrum capiat*, scilicet *ignitum*, *quod manibus capi nequit*. ^{Lat. Ling.} Quasi verò per *rorem carentem candidum* seu *canentem* intelligere non possimus, quod *herbas faciat canescere*, quomodo *herbas rore recente canuisse* dixit Ovidius. Ros enim ^{lib. Trist. 23.} gelidus est, non calidus: tepidus quidem denominatur ab eodem poëta: verum non *rorem propriè*, sed *lachrymas* intelligit. Quomodo interim apes ex florum succo mel colligant ipse Aristoteles paulò post elegantissime docet his verbis: *colligunt apes* (textum Græcum non cito, quia Schuelerus illum nec legere, nec intelligere potest) *ex omnibus que florem ferunt in calyculo*, atq. *etiam ex ceteris in quibus dulcedo est* (nam dulcor barbarum est vocabulum) & *lingua susceptum genus id saporis deportant*, sine ullo fructuum detimento. Calumniari me ait Veterator, prætendens non de apibus propriè, sed per metaphoram sic dictis se locutum, hoc est, de Ecclesiæ Catholicae casis & puris apibus, quæ quicquid ex S. Scripturae pomario, florum, foliorumq. succo sincera menis, & interpretationis forcipe decerpunt, id ita in animarum bonum convertunt, ut in mellis dulcorem liqueantur. Sed arctius nebulonem constrictum teneo, quam ut nates ferulæ subducere possit. Nam in Allegoria (ut docet Quintilianus) tenendum est

K

illud,

illud, ut quo ex genere rerum quis cœperit, eodem definat; secus inconsequentia eru fædissima. Jam verò forcipe decerpere hīc dicitur vel de apibus, vel de Ecclesiæ Catholicæ Doctribus. Illud si statuit, sequuntur omnia illa absurda quæ suprà commemoravimus: sin hoc, aut propriè aut metaphoricè hæc phrasis erit accipienda: non propriè, ne-mo enim forcipe aliquid ex Sacra Scriptura decerpit: si metaphoricè, metaphora illa desumpta est vel ab apibus vel à fabris: si ab apibus, redeunt priora absurda: quia cum apibus in hoc tertio comparat Ecclesiæ Catholicæ Doctores, quòd quemadmodum apes ex florum foliorumq; succo oris forcipe mel decerpunt; ita Ecclesiæ Catholicæ Doctores ex S. Scripturæ pomario sinceræ mentis & interpretationis forcipe aliquid decerpant, quod in animarum bonum convertatur. Si à fabris translatæ est hæc phrasis ad Ecclesiæ Catholicæ Doctores, inepta est Allegoriæ, quia ab apibus ad fabros trans-eundo, metaphoram non in eodem rerum genere continuavit, quo incepit Schuelerus. Sed duo adhuc sunt, quæ non possum non reprehendere: primum est, quòd per castas & puras Ecclesiæ Orthodoxæ apes hīc intelligit, non Orthodoxos Ecclesiæ Catholicæ Doctores, sed Clericos in Papatu, incestos illos & impuros Ecclesiæ Pseudocatholicæ fucos & putidos araneos: alterum quòd ait, tales quæ ex Scriptura Sacra depromunt in animarum bonum, in mellis dulcedinem liquare, cùm reverā ad animarum exitium in fellis convertant amaritudinem, ut videre est in ipso Schuelero, cuius cor, lingua & calamus mero viperarum felle tinctus est. Omitto quod paulò post dixit, Lutherum, Calvinum, imò etiam Lüthardum voluntariè ex certâ scientiâ & pertinaciter in Apostasiam, ac tandem:

dem in Gehennam præcipitari: quod jure in ipsum retor-
quetur Schuelerum, qui cùm ultrò veritati resistat, &
in viros de Ecclesia Christi optimè meritos amarulen-
tum calumniarum suatum virus tām licenter & petu-
lanter evomat, *prudens & sciens* (nisi resipiscat) in Ge-
hennam præcipitabitur. Contra Latinæ linguae pro-
prietatem etiam est phrasis illa, *curare infirmum à morbo,*
pro curare agrotum, vel sanare morbum sive languorem; item
pro majori intelligentia addo, pro majoris intelligentia causâ
addo. Barbarè etiam dictum est à Schuelero, concedo
S. Scripturam esse & vocari lucem & lucernam splendidissi-
mam secundum se loquendo; rectius, prout in se consideratur:
item nos ad oculum videmus discordias & rixas: inīo nos
oculis, proh dolor! cernimus discordias & rixas, quas Schue-
lerus, ceu nefarium intestinæ seditionis flabellum, à Dia-
bolo ad hoc ipsum excitatum, inter Fœderatos Fribur-
genses & Bernenses, sub falso Ecclesiæ Catholicæ præ-
textu, serere conatur, dūm in Hercule suo Catholico non
tantum Disputationem, Reformationem & Ecclesiam
Bernensem, ejusq; ministros, sed ipsum etiam magistra-
tum, manifestis & haec tenus inauditis calumnijs infamat.
Deus extinguat ejusmodi funestas cruentæ Bellonæ fa-
ces, & procul à finibus nostris avertat! Sed calumnias
tuas, Schuelere, alij meorum commilitonum retunden-
das relinquo. Te verò hoc quaro si à fonte Iesu Chri-
sto terrena tantum sitientes Acatholici & injusti proprio de-
merito exclusi sunt, ubi tu cum calumnijs & decumanis
mendacijs tuis sis mansurus? Foris: ubi sunt canes, &
formidolosi, & increduli, & execrables, & homicidæ,
& scortatores, & venefici, & idololatre, & omnes menda-
ces, quibus portio sua assignata est in stagno ubi ardet
K 2 ignis

Pag. 92.

Pag. 93.

Pag. 96.

Pag. 99.

Pag. 100.

Apoc. 22:

15. & 21: 8.

ignis & sulphur: non quidem *demerito* sed *merito tuo proprio*. *Demeritum* enim Latinis non est usitatum: *deme-
rere* verò & *demerereri* non in malam sed in bonam partem sumuntur: illud enim *lucrari*, utrumq; verò *bene vel val-
de mereri*, suo sibi *merito devincere*, *conciliare*, *placare* & *benevolum facere* significat. Nam sic Ovidius:

Cons. ad
Liviam.

qua non ego numina cultu,

Quos ego non potui demereri deos?

Nec Livius *demereri* beneficio civitatem sine ratione dixit: Nam præpositionis de hæc est natura in compositione, ut augeat efficaciorēm quæ aëtum demonstret. Indoctè quoq; locutus est vir in sublimiore doctrina emi-
 pag. 102.
 & 103.
 nens, cùm dixit, *non minùs ad valorem Baptismi quam ad va-
lorem Eucharistie Ministrum validè ordinatum esse necessa-
rium*; eos, qui à Ministris baptizati sunt *non esse validè bap-
tizatos*; item *Baptismum extra Ecclesiam collatum esse vali-
dum*. Nam *valor si Latinum est, idem est quod pre-
tium, non autem dignitas, vis, virtus vel efficacitas; & va-
lidè idem quod vehementer, non idem quod legitimè; va-
lidus idem quod robustus, valens, firmus, potens, non idem
quod legitimus sive ratus*. Nullius ergo valoris sunt hæ-
 pag. 122.
 & 123.
Schueleri elegantia. Eidem inter alia in Disputatione Bernensi hoc quoq; valdè displicuit, quod Bernates Pro-
vincialem Friburgensem bonis verbis amandarunt, ejusdemq; protestationem ulterius audire noluerunt: ego verò rectè & prudenter pios Majores nostros fecisse arbitror, quod ferre noluerunt, ut homo nimis imperiosus Dictatoris partes in illa Disputatione ipse sibi arrogaret: intellexerunt enim viri prudentissimi, protestationem illam non alio fine factam, quam ut laudatissimum illud & summè necessarium Reformationis opus inani hoc prætextu im-
pedire-

C

pediretur. Nam quid ab Oecumenico aliquo concilio, & Superioribus Ecclesiasticis, ad quos Provincialis provocabat, tūm temporis sperari potuerit, patet ex eadem Disputatione, in qua dicti Superiores, etiam rogati, noluerunt comparere, quamvis illi interesse & potuissent, & ex officio, ceu episcopi & pastores Ecclesiæ, debuissent. Non ergò illud tibi, schuelere, displicere debet, quod ipsum *bonis verbis dimiserunt*. Non enim *amandarunt*: *amandari* enim dicuntur, qui alio relegationis ac supplicij causâ mandantur. Nobis verò meritò displicant phrases illæ barbaræ, *amandare aliquem bonis verbis*; *amandare lectorem pro remittere*: displicet etiam inepta hæc duorum verborum tanquam affinium conjunctio, quâ dicens: *continetur aut deducitur ex hac regula duo concurrere debere conjunctim*, quo *doctrina aliqua sit fidei catholica*. Verba enim illa *contineor* & *deducor* non habent potestatem, vim & notionem similem aut cognatam, nec ullâ significati affinitate cohærent. *Custodire aliquid post se apud Latinos* non invenitur: rectius diceretur *apud se vel secum aliquid custodire*: nam præpositio *POST*, ordinem five loci, five temporis sive alicujus alterius rei; *CVM*, *societatem & conjunctionem*; *APVD* loci, vel personæ, vel utriusq; propinquitatem significat. Quis unquam *valet impersonaliter positum legit pro licet*, nisi apud Schuelerum? cui hi Germanissimi sunt in delicijs: *non valet sic argumentari*, nec *valet dicere*. Imò non licet ita loqui: *explicationes & probationes per periodos ex Germanico in Latinum proferam*, pro *transferam*, vel *vertam*. M. Franciscum Kolbium (ait) *exhortari omnes pro impetranda intelligentia S. Scripturae*: ego verò Dominum Protonotarium exhortor *ad meliorem intelligentiam Latinæ linguae impetrandam*. An eum

K 3

Pag. 182.
& 275.

Pag. 146.

Pag. 172.

Pag. 174.

Pag. 196.

Pag. 206.

in la-

- in Latina lingua satis versatum esse censebo, dum
 sic loquitur: *quos vos pro Christiana Ecclesia censetis?* Imò
 in Latina lingua *tyronem & novitium* esse censeo. Et
 quid protulisse dicam Schuelerum, si doctrinam scholasticam
 & opiniones Theologorum cum suis deducendis protulerit?
 Nihil nisi absurdula Scholasticorum commenta, cum va-
 nissimis inde deductis conclusionibus, inculto & horrido
 dicendi genere prolata: quale hoc est, *omnino indignus,*
immeritus & incapax sum venia; propter quod tu plagas
 meritus es, *Schuelere,* nec dignus es venia. Nam primò
immeritus & incapax cognata Adjectiva non sunt, & pro-
 indè male conjunguntur: deinde *incapax* apud proba-
 tos Authores non reperies. *Familiare est* (inquis) *s.*
Scriptura ludere in significatis verborum: & paulò post; *sic*
Christus lusit in aqua: item; *sic lusit Apostolus in voce pec-*
catum. Non ineptus modò, sed vel maximè impius est
 hic loquendi modus, & parùm abest à blasphemiam: qua-
 si nimirum Sacra Scriptura, Christus & Paulus, cùm ver-
 bum à nativa significatione in aliam immutant, ludant
 fallacijs, more Sophistarum, qui *in terminis ludere* dicun-
 tur quando *terminorum significationes variant jocandi, irri-*
dendi vel decipiendi gratia. Quis igitur *omnia miscet* (nam
omnia susq[ue] deg[m] miscere ineptissimus est barbarismus) nisi
 ipse *Schuelerus?* Qui in singulis ferè paginis vera falsis, &
 Latina Barbaris, ita miscuit, ut ad verum verborum sen-
 sum assequendum vel Oedipode conjectore sit opus.
 Exemplo sint hæc ipsius verba: *Quare realis præsentia ita*
expressa, id est, Sacramentaliter sub speciebus, est de fide, quip-
pè proposita ab universali concilio, sed nihil aliud est de fide, nec
aliter, de realitate istius præsentiae, quia nihil aliud propositum
à concilio. Cujus Sphingis tām obscura sunt ænigmata,
 quam

quām sunt hæc Schueleri verba? Hoc forte dicere voluit
(certum enim sensum ex barbara ejusmodi locutione
quis eliceret?) veram & realem præsentiam corporis & san-
guinis Christi, intellectam sacramentaliter, id est, sub speciebus
panis & vini, utpore ab universalis concilio proposutam, esse ar-
ticulum fide catholicā credendum; & nihil aliud, nec aliter
de veritate istius præsentiae esse sentiendum aut loquendum,
cūm nihil aliud sit propositum à Concilio. Ergo pluri-
mū Reverendus D. Doctor Theologiæ, secernit doctrinam
fidei ab opinionibus scholasticis: hanc ego distinctionem
vehementer probo, & utrāq; manu amplector, tanquam
in Verbo Dei fundatam. Hæc enim de articulis fidei
ita loquitur, ut alios dicat ad salutem esse absolute necessarios,
ita ut absq; cognitione, fide & obedientia eorum,
salus obtineri non possit; alios non item, ita ut citra sa-
lutis dispendium ignorari vel etiam negari possint. Il-
los fundamentales, hos non fundamentales Theologi
usitatē vocant. Duo tamen sunt in quibus vir in omni
sublimiore doctrina eminentissimus graviter impingit:
primum est, quod statuit veram, realem ac substantialem
corporis & sanguinis Christi præsentiam, in sanctissimæ Eucha-
ristia Sacramento, sub speciebus panis & vini, esse articulum
fidei catholicæ, quem quicunq; vult salvus fieri credere
teneatur. Hunc enim in Symbolo Apostolico, quod
summam continet articulorum Catholicæ omnium
Christianorum fidei, vel reliquis doctrinæ Christianæ ca-
pitibus non reperio. Alterum est, quod existimat illud
omne, & solum esse fide catholicā credendum, quod est revela-
tum à Deo, & propositum ab Ecclesia vera (qualem in Notis
Ecclesia descripti) qua ob assentiam spiritus Sancti ei certo
promissam, falli & errare nequeat. An igitur quod revela-
tum

tum est à Deo non est fide catholicâ credendum, nisi etiam propositum sit ab Ecclesia? Sic ergò Deo non credendum, nisi jubeat vera Ecclesia. O blasphemiam detestandam! Sed quænam est vera illa Ecclesia? Num Catholica, sive cœtus ille, qui ex universo genere humano ad vitam æternam electus, ac per Spiritum S. & verbum efficaciter vocatus, in vera fide consentit? Neuti-
Pag. II. 12.
13.

quam. Quænam ergò? *Romana Catholica*, eaq; sola. At qui Ecclesiam Romanam, eamq; solam, esse catholicam, contradictionem implicat apertissimam? Romana enim Ecclesia particularis est, catholica universalis: quod si nihilominus Ecclesiam Romanam catholicam recte vocari contendat, nescio cur non eodem, si non potiori, iure Catholica vocanda sit Ecclesia Græca, Gallica, Germanica, Belgica & Anglicana: quod tamen ipse non concedet. Hæc (inquit) Ecclesia, Romana scilicet, falli & errare nequit. Quam ob causam? Ob assidentiam

Pag. 68. Spiritus Sancti ei certò promissam. Ubi autem facta est illa promissio? *Iis testimonij Scriptura*, quibus probari solet, Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis. Sed quænam Ecclesia h̄ic intelligitur, Collectivane an Repræsentativa? Repræsentativa, sive *Concilium Generale à summo Pontifice convocatum & approbatum*. Illa enim & similia debent maximè competere Concilio universalis à summo Pontifice approbato. Cur potius Concilio quām Ecclesiæ collectivæ? Quia illud perfectè repræsentat Ecclesiam universalem, neq; ulla potest cogitari fidelium congregatio, quæ majoris sit authoritatis ad aliquid statuendum, itemq; ad obligandum singulos fideles, ut credant, vel observent, quod decretum est. Atqui Concilia generalia errori in fide sunt obnoxia. Non sunt, si à summo Pontifice appro-
ben-

bentur & consermentur. Hic te teneo, Sophista. Nam si Concilia generalia in fide errare possunt: ergò cùm Ecclesia dicitur esse columna & stabilimentum veritatis, non ad infallibilitatis privilegium id trahendum est: sed ad officium Ecclesiae & Pastorum spectat, quod in custodienda, discernenda, promulganda & interpretanda veritate Scripturarum, ceu norma omnis veritatis infallibili; non autem in conferenda illi divinâ & canonicâ authoritate positum est. Si errare non possunt: quid opus est ut à Summo Pontifice approbentur? Errare possunt (inquis) si non approbentur; non possunt si approbentur: quia Pontifex convocatione & approbatione sua illis autoritatem confert infallibilem, ut in decretis & canonibus errare non possint. Ergò illam infallibilitatē Concilia non habent ab assistentia Spiritus Sancti, sed ab approbatione Pontificis; vel saltem non sunt specialis illius directionis & assistentiae Spiritus Sancti, & proindē infallibilitatis certæ, antequam accedit approbatio summi Pontificis, quā ille quid fieri velit per literas atq; mandata Concilijs nunciat, atq; ita Spiritum S. mittit manticæ inclusum; ut in Concilio Tridentino, cuius canonem hīc citat D. Protonotarius A-
postolicus, contigisse, ridiculo dici solet proverbio. Hinc clarum est atq; perspicuum illustre illud Ecclesiæ nomen, de quo tantoperè gloriatur, in solius Pontificis Romani nomen & personam tandem resolvi, & in illo terminari. Quid autem hoc aliud est quām Pontificem Romanum in sua causa judicem facere, illi contra jus & fas verbum Dei, fidem ac conscientias hominum subiucere? Attende paulisper, tu homo sapiens & considerate, cogitationemq; sobrij hominis ad punctum tem-

Pag. 293.

L

poris

poris suscipe: si in Scripturæ interpretatione errare non potest Pontifex Romanus, cur multi Pontifices Romani, ipso jure canonico & ipsorum historijs fatentibus, fuerunt hæretici? Cur multi Pontifices contraria decreta ediderunt, atq; alij aliorum Institutiones abrogarunt? Cur multi Pontifices fuerunt homines impij, prophani, scelerati, & magicis artibus dediti? Cur multi inter Pontifices fuerunt Sacrae Scripturæ planè imperiti, & eam in decretis suis valdè absurdè, & contra directam S. Scripturæ mentem interpretati sunt? Atq; hoc adeò est evidens, ut nonnulli vestrorum Doctorum propterea coacti fuerint statuere, Pontificem in argumentis & præmissis errare posse, sed in conclusionibus, licet ex falsis præmissis, semper tamen vera decreta colligere. Verùm satis de hisce velut in transitu: nunc ad expurgandū Augiaē stabulum redeo. Ne pagina aliqua vacua relinqueretur solœcismo aut barbarismo,

Pag. 300. ità porrò loquitur Schuelerus in altera folij facie: *nisi totum corresponeat singulis indivisibilibus spatij: quasi verò respondendi verbo non eadem inesset vis significandi: aut quid desiderares in ejusmodi locutione, totum singulis spatij punctis respondet?* Sed nescio quem mihi horrorem

Pag. 304. incutiat horrida hæc phrasis Schueleriana: *Imaginatio nescio, quem horrorem facescit. in his concipiendis.* Sed sit Schuelerus Grammaticæ ignarus, sit barbarus, sit linguae Latinæ imperitus, attamen est orator, qui varios lectori affectus dicendo movere, ejusq; voluntates quò vult, impellere novit: nam qui sermonis asperitate horrorem modò incutiebat, nunc ejusdem novitate & insolentiâ risum movet. *Casum enim illum, si sacerdos evomat Eucharistiam speciebus integris apparentibus vocat Menaphy-*

taphysicum, & ebriosos sacerdotes naturaliter jejunos. Sed pag. 305.
 utrumq; nimis jejunè. Nam si casus extraordinarius &
 quirarissimè accidit dici potest metaphysicus, quidni casus
 qui ordinariè vel sapè accidit, diceretur physicus? Sacerdo-
 tes, si vel maximè essent sobrij & jejunis vacarent, male
 tamen naturè sive naturaliter sobrij aut jejuni à te appella-
 rentur, nisi pari modo concedere velis, ut juxta Germani-
 cum nominis tui anagrammatismum, cum addito osten-
 dente, hoc est, digito in te intento sive determinatè dicamus pag. 322.
Iacobum Schuelerum esse sacerdotem naturaliter ebrium.
Confessio (ais) in rigore conjunctionem significat plurium in pag. 323.
unum compositum: imò in rigore pro propriè vel vi voci
sive compositionis male dicitur: rigor enim Latinis signi-
ficat frigus, duritiam, & per translationem severitatem &
austeritatem. Nec est idem figere quod mandendo conte- pag. 324.
rere vel comminuere: hinc cibus dentibus figi Latinis non
dicitur, sed dentibus mandi, extenuari & moliri. Et quid
quæsio faciunt Authores vestri cùm questiones scholasticas pag. 345.
tractant, dum querunt, per quam actionem fiat corpus & san-
guis Christi presens in Eucharistia, an illa actio sit adductio,
productio vel quid aliud? An desitio panis sit annihilatione nec
ne, &c. Speculativè (inquis) inter se in scholis digladiantur. 1. Tim. 6:
Sed quod tu hīc barbarè speculativè digladiari vocas, 3. 4, 5, 20, 21.
illud ipsum divus apostolus Paulus expressis verbis in
falsis Doctoribus damnat: Si quis (ait) diversam docet
doctrinam, neq; accedit sanis sermonibus Domini nostri
Jesu Christi, & ei quæ secundūm pietatem est doctrinæ,
is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa questiones ac
*pugnas de verbis: ex quibus nascitur invidia, lis, maledi-
 centiæ, suspicione malæ, perversæ exercitationes hominum*
mente corruptorum, & qui privati sunt veritate, & quæstui
habent
 L 2

habent pietatem. Abscede ab eis qui hujusmodi sunt
& averfare profanos illos de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominate notitiae: quam nonnulli præ se ferent.

2. Tim. 2. v. 16, 23. tes, circa fidem aberrarunt à scopo. Item, Profanos autem illos de rebus inanibus clamores cohibe: ad majorem enim procedunt impietatem, & sermo eorum depascet ut gangræna: & paulò post: stultas autem & ineruditas illas questiones averfare, sciens eas gignere pugnas. Estne

Pag. 350. hæc Latina phrasis, Deus contestatus est fidem miraculo, pro confirmavit? Nequaquam. Est enim contestari idem

Cic. Verr. 6. quod obtestari, judicium committere & constituere, ut deos hominesq; contestari: sed præterea Jurisperitorum quoq; vocabulum est, quibus litem contestari dicuntur, qui testantur & fidem dant se disceptare & stare velle judicis sententia.

Pag. 372. Pro Mur. Condescendere petitioni non reperies, sed potius concedere petitioni, quomodo Cicero dixit, senatus concessit postulationi tuae. Quis etiam negabit Germanismum esse, si quis pro his Diversorum notis, non hoc, sed illud, ponat non hoc, sed bene illud? Ergò malè Latina est hæc Schueleri locutio;

Pag. 378. Non in cruce sacrificavit Christus secundum ordinem Melchisedech, sed bene in Cæna.

Pag. 391. Pro meliori distinctione non licere dicere, pro melioris distinctionis gratia, jam suprà in simili phrasí admonui. Etiam hæc phrasis inaudita est.

Pag. 395. Latinis auribus sepulture tradere aliquem, pro sepelire, inhuma-

Pag. 396. mare, corpus terra reddere, humo mandare. Coram magno populi affluxu & ejusdem edificatione est locutio asinina non

Latina: tūm quia affluxus populi pro hominum frequentia non legitur, tūm etiam quia ineptissima est hæc duorum nominum ceu affinium conjunctio coram populi affluxu & ejusdem edificatione, quippè quæ nullam significationis cognationem habent. Et quamvis moror aliquando idem

fit

sit quod cunctor, non tamen recte dixit Schuelerus, nihil
cunctor pro nihil moror, vel nihil curo. Quis unquam dixit Pag. 399.
libros ante suppressos in cognitionem venisse: Germanismus
enim est in cognitionem venire pro innotescere seu notum
fieri & inclarescere. Quis apud ullum authorum clas-
sorum legit denuò ad manum reducere? Imò tu asine auri-
bus tuis in scholam, ne plagas quas commeruisti effugere
possis, es reducendus. En Latinam elegantemq; phrasin re-
ditus citra cujusquam oppositionem possidere, pro nemine prohibi-
tente seu nemine refragante. En ænigma acutissimum & sub-
tilissimum, Tridentinum ab ijs omnibus abstrahit & silet! Quis Pag. 552.
abstrahit? Tridentinum subaudi Concilium. Unde? A Pag. 592.
placitis problematicis Theologorum. Cur? Quia varij varie
sentunt & nihil eorum in quibus dissentunt Doctores, est de
fide tenendum. Quid abstrahit? Sententiam saniorem, cer-
tam maximeq; doctrinae sua consentaneam: Quid ergò facit,
dum sic abstrahit? Silet hoc est, nihil de illis sigillatim de-
finit. Idem ergò Scheulero significant abstrahere & silere,
nihilq; speciatim determinare. O præclarum Concilium!
Concedo non potuisse errare Concilium illud: quoniam
extorsit Schuelerus ut faterer, Concilium quod nihil de-
finit & concludit ne errare quidem posse. O utinam
& ipse siluisse, aut à mala loquendi consuetudine abstra-
hi potuisset: sic enim tam ineptâ verborum Stetleri no-
stri translatione se non omnibus ridendum propinasset:
Bernensium (inquit) proavi inhibuerunt, ne quisquam subdi-
torum imagines vilipenderet, dehonoret, frangeret, vel alio
modo contemneret; Verum omnia hec, ut ab olim in veteri
statu ac consistentia relinquaretur, ita, ut si quispiam contrà
ageret, loqueretur & negotiaretur, secundum mensuram delicti
multandus veniret in fama, corpore & fortunis. Quinq;
barba-

barbarismi notabiles h̄ic occurunt. Duo primi in *dehortandi & consentientiae voce commissi*, discussi sunt suo loco: Audite nunc etiam reliquos: *omnia dixit præcepisse Bernenses ut ab olim relinquenterentur, pro, ut omnia à majoribus ab antiquis temporibus accepta retinerentur immutata.* Dixit etiam sancitum fuisse ab ijsdem, ut in fama, corpore & fortunis multaretur, qui contrà ageret, loqueretur & negotiaretur, ridiculo Germanismo, pro moliteretur aut machinaretur quippam: nam negotiari est mercatura operam dare. Deniq; dixit delinquentes fuisse multatos secundum mensuram delicti: Latinè, diceretur *pro ratione delicti*, vel *pænā delictō pari*. Et paulò post eādem paginā crassus legitur barbarismus qui huc pertinet: *Apostate (ait) constitutiones iam aquas & sanctas exterminarunt & ad internacionem protriverunt: rectius diceretur absq; additamento protriverunt & concularunt: Nam constitutiones ad internacionem proterere nemo dixit: nec est quod ad Rhetoricanū h̄ic provocet vir in omni meliore literatura versatissimus, quia illa non omnes sine discrimine tropos, sed tantū significantes, gratos & è propinquō sumptos approbat.* Num has locutiones ē numero barbarismorum eximam? *preium illius non potest ad aquam estimationem propriè perduci: item ejus preium vix adæquate sciri potest, tamen estimatus circiter aureis 500.*

Latinī enim sic potius loquerentur, aquum illius preium non potest estimari; quanti sit pretij vix potest perfectè & absolute sciri: item estimatus aureis quingentis vel circiter. Gemini iterum erroris, nimirū tam solœcismi quām barbarismi, reum perago Schuelerum dicentem: Synodus Trullanā jubet, clericos saltē vicis sua tempore, cùm sacris ministrant ab uxoribus ante matrimonium cōtractis, abstinere. Quis unquam

Ovid. 2.
Trist.

Pag. 620.

Pag. 621.

Pag. 639.

unquam uxorem duxit ante matrimonium? Nemo nisi
fortè Clerici concubini, quibus quas habent concubi-
nas, in matrimonium ducere non licet: sed aliud ipsum
dicere voluisse suspicor, videlicet Clericis ab uxoribus
anè in matrimonium contractis vicos suæ tempore absti-
nendum esse. Ohe! num Latinè dicitur *uxorem con-
trahere, ut matrimonium contrahere, uxorem ducere?* Non
opinor. Iterum calamitates interincidentes pro incidentes
posuit Schuelerus, quod non invenitur. Sequimur, inquit
alibi, pro posse Apostolos, qui perpetuam continentiam ser-
vabant. Mentiris pessime nequam, & injuriam facis ipsis
apostolis longè atrocissimam. Nullas illi concubinas,
sed proprias habuere uxores. Ultinā verò tu, asine, in lin-
gua Latina Grammaticam & probatos authores, in vitæ
verò integritate, veracitate & continentia apostolos se-
querere, Cælibatum, quem tu perperam perpetuam ap-
pellas continentiam nemo à te exigeret: aut derogabis
ne tu, homo itnpure, Patriarchæ Josepho & Apostolo
Petro castitatis & continentiae etiam in ipso conjugio
laudem? Docti causâ pro gratiâ, ergò vel propter Genitivo
semper postponunt; nunquam præponunt more Schue-
leri, qui causâ Emancipationis inverso ordine dixit pro
emancipationis causâ: sic honoris mei causâ voluptatum adi-
piscendarum causâ, salutis causâ Cicero dixit. Hanc etiam
phrasin non agnotco sollicitare aliquem profavore, consilio
& auxilio: pro qua ego hanc substituendam arbitror. so-
licitare vel sollicitè petere ab aliquo favorem, consilium &
auxilium. In acceptis habere non est boni consulere. Ru-
dem ergo & plusquam asininam simplicitatē tuam, Schuelere,
boni consulere nec volumus nec possumus. Estne hæc lo-
quendi formula Latinis usitata, sed calculū ducamus super

Pag. 659.

Pag. 665.

Pag. 667.

Pag. 676.

Pag. 682.

Arithme-

Arithmetica votifragorum, ut tandem eis frānum iniçiamus qui transitam à sacerdotio nullum peccatum censem? Imò ad calculos revocemus numerum solœcismorum & barbarismorum fœdifragi Schueleri, ut tandem frenum ori illius iniçiamus, qui hominem nequam, Reverendum Dominum; imperitum asinum, S. S. Theologiæ Doctorem; impium apostatam, Protonotarium Apostolicum, rudem & simplicem idiotam, virum in omni meliore literatura versatissimum, atq; in sublimiore doctrinā eminentissimum vocare, nullum peccatum censem. Calculis enim probè subductis illum solœcismos (solœcismū autem, cum Adamo Theodoro Sibero in Epistola institutione, & cum Christiano Becmanno de Originibus Latinæ linguae, viris literatisimis, voco omnem errorem qui in Grammaticam peccat: quamvis non sim nescius alijs solœcismū esse errorem qui in integrā sententiæ constructionem impingit) ducentos & quinquaginta, vel circiter, nec pauciores barbarismos in opere suo fœdissimo, commisisse deprehendemus.

*Nunc altero quoq; capite pertractato Auditores prestantissimi, officio meo perfunctus alicui possem videri: sic enim ipse existimavi ab initio. Verū dum opus jam absolutum reviso tantum obiter, multum adhuc excrementi in reconditis quibusdam stabuli hujus inquit, angulis remansisse video. Quapropter ut & vestræ exspectationi & meis promissis satisfaciam, quicquid est reliqui, illud quoquè expurgabo sedulò. Nihil in toto Schueleri opere observare potui quod maiorem pietatis speciem habeat, quāni verba illa quæ ex Isidoro Pelusiota citavit. *Omnis, inquit, qui proprie pecata peclius percutit Deum in tympana & choro laudare dicitur.**

tur. Veruntamen sive Grammaticè sive Theologicè examinemus verba illa omnis penitus erroris immunia non sunt. Nam primò non *tympanam* sed *tympanum* Latinī vocant instrumentum illud, quod ex una parte planum, membranā clausum & intus vacuum, baculo pulsari solet. Non admitto excusationem illam, *Schuelere*, quā Pelusiotsē non tuum hunc solœcismum esse prætendis. Nam solœcismos & barbarismos in citandis aliorum verbis committere tibi esse perquām familiare, suprà in Patris Basilij Capucini, Doctissimi Domini Johañis Wirzij, Spectatissimi Domini Michaëlis Stettleri, imò ipsius Sanctissimi Apostoli Pauli exemplo perspicuum feci. Num ergò injuriosus sum in te, qui idem hīc abs te quod alibi factitatum esse suspicor. Retorque modò oculum in verba quæ proximè præcedunt, & verum me dicere vel invitus fatebere: Verba enim Evangelistæ Lucæ, ὁ θεὸς ἵλασθη με τῷ αμαρτωλῷ, sic interpretatus es: *Déus* *Luc. 18: 13.*
propitius *est* *mibi* *peccatori*. Audin' Domine Doctor? Non est in Græco *ἱλασθῆ* sed, *ἱλασθῆ*: Sed quid nunc te, asine, literas Græcas doceam, qui ne Latinas quidem nosti? Nam procul dubio ex Latina versione verba Evangelistæ huc adscribere voluisti, & malè legendo *est* *pro* *efso* posuisti. Quòd si vel maximè Isidorus Pelusiota hunc commisisset solœcismum, num propterea te decuit illū imitando tuum facere? Si versionē vulgatam Latinā Biblio. *Psal. 150: 1.* rum malè citavit Pelusiota, & pro *tympano* legit *tympana*, corrigeret tu illū debuisti, si modò potuisti: potuisti autē, si vir es in omni meliore literatura versitatissim⁹, & in sublimiore doctrina eminentissimus. Quicquid proinde huic tuæ sive negligentia sive ignorantia prætexas, culpâ tamē non vacas. Pro *tympanis* igitur tu non *audies* *tunsones* &

Pag. 72.
424.Pag. 616.
390.

percussiones pectorum, sed pro solœcismis clunium tuarum turpissimarum *contusiones & percussiones* senties, ut meritus es, validissimas. Sed ut dixi, speciem tantum habent verba illa pietatis, veram illius vim in se non continent. Quid enim intelligis, Clarissime Domine Doctor, per

Pag. 51. 19. *tensiones & percussiones pectorum?* Num veram illam & internam cordis & spiritus contritionem, qualis fuit in Davide resipidente, cuius externa illa pectoris percussio tantum est signum? Minime: sed talem quæ non consistit cum fide remissionis peccatorum per sanguinem.

Coloss. 2: ^{23.} Christi, sed in satisfactione propria pro peccatis, in superstitione & humilitate hypocritica, & in eo quod corpori non parcant, qualem S. Scriptura damnavit in falsis apostolis, Judæis & prophetis Bahalis. *O simplicem Latinitatem,*

Esa. 58: 13. ^{1. Reg. 18:} ^{28.} quâ patrem Basiliū omnium abominabilium peccatorum extremè detestabilem vocat Schuelerus! Abominanda est hæc phrasis, ipse vero Schuelerus asinus omnium ineptissimus. Si

Pag. 72. Infinitivus regit ante se Accusativum, quæro annon sit solœcismus, si quis ita loquatur: *Unde apostasie* *hac colligitur esse definitio.* Casum, inquiet Schuelerus, qui Infinitivum esse vel fuisse sequitur, debere convenire cum casu præcedente. Sic est, si casus præcedens nō ab ipso Infinitivo, sed à verbo finito regatur, quod hic non sit, quia verbū

Pag. 75. *colligitur impersonaliter positum Nominativum non admittit: sin vero verbū colligitur ceu personale præcedat hic Nominativus, superfluus est Infinitivus esse.* Dicendū ergo fuisset: *undè colligitur hanc esse Apostasie definitionem, vel unde hec Apostasie definitio colligitur.* Indecorum etiam est labi in errorem imperitorum qui quām ponunt pro priusquam,

Pag. 98. ut Schuelerus, qui sic loquitur: *Nec studiorum horum quām finem vita fecerunt, pro nec prius studiorum horum quām finem.*

nem vita fecerunt. Consenuit Schuelerus in studio Latinæ
linguæ, sed tamen priùs vitæ, quàm solœcismorum &
barbarismorum finem faciet, qui conjunctionibus cau-
salibus quandoquidem, quia nullâ præcedente vel sequente Pag. i. &c. 19.
sententiâ, cuius ratio reddi intelligatur, ineptissimè est
abusus; qui etiam particulam negandi male omisit in
hâc sententiâ: Professor Lüthardus doctrinam Lutheri & Lu-
theranorum se, nisi extremis digitis, attingere velle edidit, pro
non nisi extremis digitis. Ubi legisti, Schuelere, prateritis
absolutè sine addito Substantivo positum, pro prateritis
temporibus? Num in epistolis obscurorum virorum? Cre-
do profectò. Si aliud foret qui sic loqueretur: quam hic in Pag. 147.
majorem ipsorum confusionem depingere curavi, pro depingi,
quanto impetu in ipsum inveherer! quàm severè ipsum
castigarem! sed parcendum est Reverentiae & Dignitati
tuæ: turpe enim esset Protonotarium Apostolicum ad
scabellum provolutum denudato podice pueris inspe-
ctantibus ferulâ castigari. Dùm Controversias tractat
Theologicas Iacobus Schuelerus, videamus an (quod infra
Theologiam est) Latinè loquatur. Magister (inquit) Pag. 196.
Franciscus Kolb ex canonico Pradicans factius Ecclesie Bernen-
sis &c. èadem elegantiâ dicere possemus. Iacobum Schue-
lerum ex stupido & ignorantie asino sacrificantem factum esse
Ecclesie Friburgensis. Licet quoq; Schuelerus actus poenales
principaliter ad finem placandi Deum & satis faciendi pro rea-
tu pene temporali pénitentibus impositos dicat, tamen qui
pure loqui amant, dicerent actus poenales impositos pla-
candi Dei causâ, vel ad placandum Deum & satis faciendum,
tibi verò, Schuelere, virgarum poenam ad placandum Pri-
scianum esse imponendam. Nam quod tu Lüthardo
falsò affingis & ineptissimè enuntias, nempe in brevissima

- Pag. 282. ejus assertione vix tot verba numerari, quæ non singularem contineant fallaciam, illud inquam, in te aptè quadrare afferro: vix enim tot verba in Hercule tuo quot solœcismi & barbarismi & contra Orthographiam errores numerantur. En duo lepidi occurunt in vocum illarum Galilei & Matthei scriptio: Græcorū enim *αλιθαιος* non e sed & Latinorum respondet: ergo si Græcis *Γαλιθαιος* & Mattheis scribitur, Latinis *Galilaus* & *Mattheus* scribendum erit. Sed in quid non impingit Schuelerus, nam cùm modò in Orthographiam peccarit, nunc peccat in Syntaxin, inquiens: quod cùm non possit concedi, oportet, quod sit etiam in indivisibilibus; pro oportet ut sit. (Nomina enim & verba necessitatis, utilitatis & convenientiae sequitur ut) vel per Infinitivum oportet esse. Alibi verò ponit copulativam ET pro causali. UT: apud alios (inquit) Evangelistas solum extat institutio & quoties sacramentum sumitur, id fiat in memoriam Dominicæ passionis, pro UT quoties sacramentum sumitur, id fiat, &c. Sæpè etiam verbis Activis nullos apponit Accusativos, ex quibus cognosci queat in quam personam aut rem actio verbo expressa transeat:
- Pag. 310. idem. (ait) dicendum & fide humana credendum, cùm non implicet addere debuisse contradictionem: & paulò post; dum S. Frontonius apud Petragoricas celebraret, subaudi Eucharistiam vel Missam. In codem loco, ubi de absurdissimo πολυτοπίᾳ Pontificiæ monstro loquitur, replicatum vere Frontonium ita tamen ut in uno solum loco posset ad operationes humanas attendere, monstroso barbarismo afferit: Quid causæ est, asine, si Frontonius apud Petragoricas juxta altare dormiens, Terraconæ quoq; eodem tempore potuit produci, cur in duplici loco constitutus in uno ad operationes humanas magis potuerit attendere, quām in alte-

in altero? Somniantium deliramentis accensendæ sunt
hæ nugæ, quæ dūm recensentur eo ipso quoq; refutantur.
Impar & inconveniens etiam est hæc compositura par-
tium orationis, non habet vim in star *Sacramento Pænitentia*, Pag. 366.
scilicet immediatè, non modo remittendi mortalia sed nec venia-
lia, pro non modo non remittendi mortalia sed nec venialia.
Nec hæc locutio apud Latinos reperitur, *non pro omni* Pag. 386.
tempore & loco obligat: nam pro redundant. *Non ideo* (in-
quis) *contra institutionis præceptum delinquimus, quoniam*
non semper in Missis distribuamus Eucharistiam: Imò delin-
quis contra institutionis Christi præceptum, quoties pro-
Sacra cœna Missam celebras, *quoniam* Eucharistiam sub-
utraquè specie non *distribuis:* delinquis etiam contra
Grammaticæ institutionis præcepta dūm vel *Conjuncti-*
vum modum pro Indicativo, vel quoniam pro quod ponis:
nam *quoniam & quia pro quod tūm demum recte usurpan-*
tur, si alicujus sententia causa redditur, non item si effectus vel
res gesta significatur. Nominibus, Verbis & Participijs ad ex-
pliandas eorum circumstantias adjunguntur non nomina
Adjectiva, sed Adverbia: *ut insigniter impudens.. Solœ-* Cic. Phil. 3.
cismum ergò committis, Schuelere, cùm *Calvinum* *ais in-*
signem esse mendacem, & mentiris ipse ceu homo insigni-
ter mendax & impudens. Modus (ais) ille loquendi videri Pag. 468.
creaturas in Deo, velut speculo metaphoricus est; adeoq; meta-
phoricè solūm, & confusè significat. Si idem est Metapho-
ricè quod confusè, tunc Herculem tuum chaos metaphori-
cum, id est, confusum, te verò ipsum asinum metaphoricum,
hoc est, confusum recte appellamus. Solo cismo etiam
non caret hæc constructio: anima quæ est immortalis à pæ- Pag. 518.
nis liberaretur per preces, esto corpus non resurgeret pro quam-
vis, vel etiam si corpus non resurgeret: nec etiam hæc; Cùm
Apostol.

- Pag. 466. *Apostolus exp̄s̄ loquatur de capite Christo invisibili, &c.*
 Nam nihil sequitur particulam cūm quod ei respondeat.
- Pag. 590. Multò minus ista: Imō mensa etiam & propitiatorium ac tabernaculum adorata fuisse ab Israēlītis, testatur Damascenus. Infinitivus enim ante s̄e non Nominativum sed Accusativum regit. Quis longè longius abest à fide catholica?
- Pag. 592. Non Jacobus Crespei, sed ipse Schuelerus, qui à benēloquendi arte abest longissime, longius tamen à fide catholica.
- Pag. 608. Sanguinum fluores ex Imaginibus & Reliquijs Martirum frequenter factas esse duplici dixit solœcismo & uno barbarismo, pro quibus virgis tām diu castigandus esset, donec sanguis fluere è natibus. Nam sanguis caret pluri numero: fluor pro fluxione Latinum non est: nec si esset, reetè cum Adjectivo fœminino construeretur, quia Nomina in or Masculina sunt, nec ullum in Fœminino genere præter arbor usitatum invenitur. Utinam tandem Schuelerus, toties à me monitus, reprehensus & virgis cæsus ab erroribus tām foedis se abduci fineret; non enim Infinitivum activum abducere pro passivo, nec quoq; pro quodvis inceptè poneret. Damnavit Virgilius Turni insaniam & furorem, non laudavit, ut ipse putat, talia scribendo:

Æneid. 12.

Obstupuit variâ confusus imagine rerum
 Turnus, & obtutu tacito stetit, astuat ingens
 Imo in corde pudor, misog. in sania luctu,
 Et furij agitatus amor, & conscientia virtus.

Cūm igitur non pio zelo ductus, sed furij agitatus, ad pugnandum contra veritatem temerè profilueris, Schuelere, non foelior quam Turnum te vitæ exitus manebit; Nam stupore & pudore confusus, cum luctu & insania à furij,

furijs, quæ tantoperè te exagitant, brevi in Infernum de-
truderis. Modernum pro recentiori vel hodierno non semel
posuit Schuelerus, quod tamen, quantum memoriâ repeto,
in nullo probato authore legi, contrâ apud Doctissimum
virtutem, Dominum Rodolphum Goclenium seniorem in
Solœcorum & Barbarorum sylvula notatum reperi.
Non ergò Philistæos & Bernenses modernos, sed Philistæos
noſtra atatis, & Bernenses noſtri temporis vel ævi vocare de-
buerat. Barbaræ quinetiam sunt & minimè Latinæ hæ
voces & phrases, paſſio pro perturbatione vel affectione ani-
mi; irreformatus pro corruptus, depravatus, perversus; ars
picture pro arte pictoria; paucis mediantibus verbis, pro in-
teriectis; ſeriatim pro longâ ſerie; ſuperfemino pro femino.
Hi omnes barbarismi, Schuelere, quos ipfe committis,
quamvis in te acerrimè ſint vindicandi, ſeveriore ſi
tamen animadversionem merentur illi, quos committis
in aliorum verbis vel ineptè vertendis, vel malè citandis.
Sic craſſum S. Hieronymo barbarismum affingis, dūm ſic
eum ad Paulinum ſcripſiſſe affirmas: si sanctus Prophetæ
tenebras ignorantie fatetur, quā nos putas parvulos, & penè
laclantes inſcitiæ nocte circumdari? Laclantes enim dicun-
tur matres, quæ lac prebent; laclantes verò parvuli qui lac
ſugunt: hoc quia neſcivisti te inſcitiæ nocte circum-
datum; & tenebrionem eſſe rectè fateris, non tantum
juxta ſenſum tuum, quō tu ipfe, licet S. S. Theologiæ te
Doctorem jactites, S. Scripturæ tamen intelligentiam nullam,
ſed Cimmerijs ignorantie tenebris mentem obducentam te
habere, & proindè cœcum cœcorum ducem eſſe agno-
ſcis; ſed etiam ex Calvinī & Lüthardi, aliorumq; recte
loquentium ſenſu, quibus tenebrio dicitur, non ille qui
humiliter & libenter ignorantiam & tenebras mentis agnoscit;
ſed

Proloq. &
Pag. 616.

Proloq.
Pag. 18.
Pag. 21.30.
Pag. 32.58.

Pag. 97.

Pag. 98.

Pag. 97.

Pag. 98.

sed *lucifugus*, qui quasi in tenebris delitescit, vel potius homo *mendax & dolosus*, qui *mendacij & astutij suis more tuo, quasdam quasi tenebras veritati offendit*. Sed satis plagarum accepisti pro his erratis, pergamus ad alia. Pro Latina, quantum intelligo, accipit Schuelerus hanc phrasin, *materiam præscindere*, cùm sit barbara duas ob causas: primò quia *præscindo* non est verbum Latinum, ut ipsum simplex *scindo*: deinde quia etiam si analogicè tale compositum formare liceret, tamen idem fermè significaret quod *præcido, præfeco*: *materiam ergò præscindere* hoc sensu dicendus esset, non qui *materiam præbet & suggerit*, vel *dat occasionem*, sed qui *materiam alicui præcidit* sive *præripit*.

Pag. 114. Arti *gladiatoria*, non *gladiatoria* affueti dicuntur pugiles

Pag. 126. exercitati. *Epigrammatographus* vocatur *epigrammatum scriptor*, non *epigrammatarius*. *Insultare alicui pro contumeliosius in aliquem dicere aliquid vel facere* dixit Suetonius, *insultare bonis pro impetu facere in bonos* dixit Salustius, *insultare in omnes, in miseras alicujus, in calamitate*

Pag. 146. *dixit Cicero; ad citationes verò insultare sine ullius boni authoris exemplo, at non sine solœcismo solus dixit*

Pag. 190. Schuelerus. *Inscitiam igitur suam & insaniam, quia celare non potest, ipsius castigationem in ære calatam mox omnibus exhibebimus spectandam.* An *ferragine* ali-

Pag. 191. *quid ut ferro consolidari* potest? Non barbarus tantum, sed ineptus etiam & ridiculus es, Schuelere, si hoc statuis: *palam verò impius & blasphemus, si consolidatas verbi Dei rationes divini verbi appellas ferruginem.* Quis te docuit

Pag. 215. *pro reconciliatione litis esse phrasin Latinam?* Si enim ita esset, proculdubio aliquis Latinorum ita fuisse locutus: sic ergò potius loquendum, *litis dirimenda, componenda vel*

Pag. 248. *dijudicanda causâ explicatius aliquid afferam.* Perinde sub-

tile

tilest inquis esse distinctiones Lüthardianas, ac si per saccum forent cribrata coreaceum; sed nos spuriū hoc Adjectivū à γνώσει Latinis cribro succernemus, te interim ob hunc & similes errores loris cædendum coriaceis, & tanquam hominem fatuum & Grandiloquum tam crassā mentis cacitate percussum, ut Reformatores nostros cacitate percusso pro percusso tam iniquam ineptè dixeris, scuticā ad sanguinem usq; percutiendum esse censemus. Quid intelligis, Clarissime Domine Doctor, per meritorum nostrorum causam, emanationem & virtutem? An virtutem causandi seu vim merendi, quā possint mereri vitam æternam? Hanc Cicero efficacitatem & efficientiam, artifices verò illi qui commodioris doctrinæ gratiâ novos terminos ad analogiam aliorum factos in artibus & disciplinis inducunt, causalitatem vocant. An ipsum causandi sive merendi actum? Sed hunc non emanationem, sed ille effectionem, hi influxum, causationem & productionem appellant. Emanatio enim illis vocatur non quælibet effectio, sed illa quæ fit absq; conatu agentis & non resistente paciente, ut illuminatio Solis. Quæ verò est virtus illa meritorum, quam similitudine ab ipso divino Christi ore commendata, tam compendiosè & perspicuè explicat? Vis producendi bona opera quæ mereantur vitam æternam. Egregiè! Merita nostra habent vim producendi bona opera quæ mereantur vitam æternam. Quid aliud quæso dicis, quā bona opera esse merita, quia sunt merita? Annon intelligis, asine, hoc pacto te probare idem per idem? Non ergò Lüthardus, sed tu eandem semper cum cuculo cantilenam repetis. Hoc absurdo pressus Sophista aliud quærerit effugium: sicut palmes (inquit) à vite haurit vitam, & succum ad producendas uvas, sic homines à Christo hauriunt vitam gratia &

N

spiritum

spiritum ad producendum bona opera: item, quia palmes nihil habet à se, sed omnem succum efficientiam, & vim producendi uvas haurit à vite; ita homines non à se suisq; nature viribus, non etiam exterius ab homine docente, vel suadente, sed ab interna Christi gratia hauriunt vim producendi bona opera. Synceram & Catholicam hanc ait esse doctrinam. Quis negat? At non est sincera & Catholica, sed falsa & heretica appendix, quam utrobiq; subiicit, videlicet opera illa esse talia, qua mereantur vitam eternam, & illis inesse vim per illa merendi augmentum gratia & gloria.

Rag. 256. *Quamvis ergo nihil detrahatur de gloria Christi, si servi ejus per gratiam ejus, per spiritum ejus, per fidem & charitatem ab ipso inspiratam, bona opera faciant: tamen detrahitur de merito & gloria Christi, si afferatur opera illa ita verè esse justa, ut eis de beatur. à justo judice (Deo) corona justitiae.*

Euc. 18: 9. *Nam quamvis Phariseus ille qui cum Publicano in templo orabat confessus sit, se per gratiam Dei bona opera fecisse, tamen quia pro operibus illis justum judicem coronam justitiae sibi debere credidit, de gloria Dei detraxit, & proinde à gratia fuit rejectus. Dices opera illius non fuisset verè justa, eumq; fuuisse mentitum. Idem tibi cùm possem regerere de operibus vestris, tamen ex*

Rom. 4:2. *abundanti repono exemplum aliud, nimis rūm Abrahāmi, de quo diserte testatur apostolus Paulus, si operibus justis meruisset sui justificationē coram justo judice Deo, habuisse, quod gloriatus fuisset apud Deū, adeoq; de gloria Dei aliquid fuisse detractum. Unde recte concluditur, de gloria Dei detrahi, quotiescumq; opera hominum bo-*

2 Cor. 1:29. *na apud Deum meritoria esse statuuntur. Vult enim Deus ut in ipso solo non in operibus nostris, gloriemur in ejus conspectu. Sed de his. w̄c c̄r n̄c̄ḡl̄w̄, quia Catechetica*

chetica sunt: nunc ab heterodoxo dogmate refutando
ad spurias voces & phrases corripiendas redeo. Nec Pag. 275.
digna est, ait Schuelerus, hac *tertia infamum Apostatarum* &c. 276.
Conclusio tam absurdā & heretica, ut pro refutatione tantum
laboris impendatur. Imò non digna est hæc infamis Schue-
leri calumnia tam malitiosa & locutio tam inepta, cuire-
futanda vel minimum laboris impendatur. *Magnum Conci-* Pag. 286.
lum ducentorum Bernensum Schuelerus vocat Sanedrim, vi-
tiosā sanè scriptione, si vir esset in meliore literatura ver-
satissimus οὐνίετο, יְהוָה vel *Sanhedrim* scripsisset.
Cùm doctrinam Concilij Tridentini de Transubstantia-
tione se faciliorem redditum promittit, sic loquitur
Schuelerus: Itaq. hæc dicamus, facilitanda Novantibus seu Pag. 299.
Devīs doctrina fidei nostra. Non redditur facilior, sed dif-
ficilior doctrina fidei vestræ tam horrido & inculto ge-
nere loquendi. Melius ergò tibi loquendum est, Schue-
lero, ut non faciliorem modò sed veriorem quoq; reddas
doctrinam fidei vestræ. Quod istud genus adverbij est
summarie? Cur non summarim? Non enim summarie, Pag. 334.
sed summarim aliquid attingere, breviter & summarim ali-
quid describere dicunt Latini. O quām longè & à vero &
ab usu abest, qui multitudinem verborum, rituum & similium, Pag. 357.
vocat *panopliam* verborum & rituum! Nam hæc vox
plenam sive perfectam armaturam significat, quæ signifi-
catio hic non quadrat. Vix etiam dici potest quām obscurè
Schuelerus loquatur, qui scribit *Berchtoldum Hallerum irri-*
soriè contendere panopliam illam que accessit ad simplicem
Christi institutionem, esse ipsos nervos, & substantiam Missæ
Pontificiae: incertum enim est an irrigoriè contendere, ipsi
idem sit quod ridiculè an idem quod cum cavillo & dicerio
contendere. Quomodo etiam probabit coadiutor & core- Pag. 358.
demptor

dēmptor esse voces legitimas non spuriā? Potius ego di-
 cerem sacrificulos qui Christum in Missa de novo offerre sa-
 tagunt, velle unici Redemptoris Christi in opere Redemp-
 tōnis adūtores & socios esse. Si pœnam poscam à te,
 Schuelere, quod circumstantias non convenientes appellasti
 indebitas, debitam non indebitam mihi dabis. Hic enim
 Pag. 373. reatus te ad pœnam obligat, non ad præmium: ineptissimum
 quippe esset asserere statum & conditionem reorum judicem
 obligare ad præmium. Denuo nates porrige furcifer:
 nondum enim satis pœnarum passus es: nam quia rei
 Pag. 522. pœnas patiendo satisfacere legibus pro suis criminibus di-
 cuntur, defunctorum, si quæ esset, satisfactio, non fuisse
 satispassio nuncupanda. Denuò, inquam, porrige nates:
 Pag. 529. quamdiu enim tua cum Prisciano durabit irreconciliatio,
 tam diu non fiet ulla gratiæ reconciliatio. Inauditum etiam
 Pag. 534. compositum est inoperari, nec scio quid significet sive vi
 compositionis, sive ex usu. Nam vi compositionis idem
 esse potest, quod intrò, intrà vel intùs operor, contra operor,
 valde operor, non operor: quia præpositio in cùm ingredi-
 tur compositionem omnes illas significationes admit-
 tit. Ex usu verò quid significet quā scire possum, cùm
 nemo illo usus sit composto, præter unicum Schuelerum,
 in Catalogo obscurorum virorum omnium infimum &
 Pag. 606. obscurissimum. Quemadmodum ergo ille omnes fideles
 hortatur ut adorent Christi crucem, monumentum, præsepe,
 Bethleem & sancte ejus catena habitationes, ut incessanter
 afficientes hac, commoneantur & non obliviscantur, ut Iudei
 sunt obliiti Domini Dei sui: ita & ego vos scholasticos omnes
 hortor, ut Jacobi Schueleri vibices & cicatrices quas hac
 castigatione à me accepit, nullo temporis puncto intermisso
 aspiciantis, quò commoveamini, nec unquam Orthogra-
 phix,

phiæ, Rudimentorum Latinorum & Græcorum, Ety-
mologiæ & Syntaxeos vestræ obliviscamini, ut oblitus
est *Schuelerus*, in quem tām severē hanc ob causam ani-
madversum esse ipsi vidistis.

Sed ecce, jam ē manibus meis dimissus *Schuelerus* ad-
huc obloqui, minaciterq; caput torquere, & de illata sibi
injuria queri, ac mecum expostulare audet. Redi igitur
furcifer, & quā in re inimerenti tibi injuriā obtulerim
mihi expedi. Taces? Monstrum hominis! Non di-
cturus? Possumne ego hodiè ex te exculpere verbum?
Reus est Darbellay. Typographus? Ita: is enim hos
comisit errores. Siccine tu me, nebulō, etiā ludificabere?
Menē credis tām esse simplicem & imperitum, qui inter
tuos & Typographi errores discernere nesciam? Menē
putas tām injustum ut Typographi culpam in te derivare:
velim? Absit. Sed ut omnem excusationis & defensio-
nis prætextum tibi præcidam, provoco ad tuum ipsius
autographum, quod proculdubio à Typographo asser-
vatum fuit diligentissimè, ut si forte culpam tot fœdissi-
morum errorum in ipsum velles refundere, in medium
producto exemplari tuæ te incitiae & mendacijs pa-
lāmi convinceret: provoco ad te ipsum, qui in fine libri,
ubi πνηθείλματα quæ irrepserunt norasti, ne unicum qui-
dem prædictorum errorum correxisti: provoco ad eru-
ditos omnes, ut judicent, num quos in ultraq; orationis
parte notavi errores, similes sint sequentibus, quos
non tibi, sed Typographo imputo? Illius enim incuria
factum esse credo, ut ultimare pro ultimæ, commigrasse,
pro commigrasse, seditiones pro seditiones, quondam pro quo-
dam, fallaciam pro fallaciam, oggamentum pro oggannien-
num, sensu pro sensu, canicos pro canonicos, cambrem pro

N. 3

crambem,

Pag. 25.

Pag. 52. 71.

Pag. 146.

& 174.

Pag. 280.

480. 492.

Pag. 515. *crambem, vestimentum pro vestimentum, Wado pro Wald,*
 Pag. 614. *perspicatiorem pro perspicaciorem, indissolubilitate pro indissolu-*
bilitate, primæum pro primævum legatur. Hæc, hæc inquam,
errata Typographi oscitantiâ & culpâ irrepsisse concedo:
sed solœcismos istos, quos refutavi detestabiles, bar-
barismosq; quos notavi intolerabiles, phrases quin-
etiam hæc tenus inauditas, ac inusitatas loquendi formu-
las, quippè à legitima loquendi consuetudine alienissi-
mas, quis sanæ mentis homo imputaret Typographo?
Domusline jam, ô Thraso insolentissime, **domusline**, in-
 quam **Hydram Ursinam?** *Recastigasti viperas inde progra-*
tas? I nunc & triumpha: narrâ Friburgensibus tuas
cum Bernensibus pugnas & cruenta prælia: ostenta poé-
tis & applausoribus tuis, quas in corpore tuo, maximè
verò in tergo & natibus accepisti plagas & cicatrices:
ostenta, inquam, illas operis tui approbatori Jodoco Petro
de monte, Juris Canonici Doctori, Protonotario Apostolico, &
Episcopatus Lausannensis sede vacante Vicario & Officiali.
Jesu Maria, inquiet, si schofasticus, virgis tantum verbę-
rans, teq; instar puerorū Falisorū magistrum proditorē
in urbem agentiū, ad nos remittens, tam fœdè lancingavit
corpus tuum, quid factum fuisset, si ursorū unguibus, hy-
drarū & viperarū morsibus objectus fuisses? Sed finis sit:
neq; enim præ lachrymis loqui, nec præ innumeris natū
cruentatarum ictibus & vibicibus sedere amplius potest
Schuelerus. Satis igitur poenarum dedit pro solœcismis &
 barbarismis illis quos ego observare potui: singulos enim
 notare quis posset? Vos verò, Reverendi, Clarissimi atq;
 Doctissimi viri, qui estis vigilantia ac splendida Ecclesia
 & Scholæ nostræ lumina, oro atq; obtestor, ne miserum
 illum vestræ quoq; censuræ subjiciatis. Qui enim prima
 Latinæ

Latinæ & Græcæ linguæ clementa non didicit, quid in
Theologia præstaret? Qui studia puerilia tractans pla-
gas Orbilij effugere non potest, quomodo Theologo-
rum animadversiones sustineret? Nolite considerare
quid ille sit meritus, sed potius quid vestra dignitas &
existimatio, quid maximæ gravissimæq; occupationes
vestræ vobis permittant, perpendite. Quam indignum
foret, vos qui sacræ nunquam non occupamini negotijs,
in sacrificuli indocti calumnijs & mendacijs refellendis
detineri. Tibi verò, schuelere, nunc hoc edico, ut mis-
sis controversijs Religionis Grammaticæ te iterum eman-
cipes, literarum combinationem & orthographiam, vo-
cis differentias & species, nominum qualitates, gene-
ra, numeros, casus & declinationes, verborumq; for-
mas ac legitimam vocum structuram denuò addiscas:
deinde ut te exerceas in Rhetorica: In hac postquam
te solerter dedisti, ad Logicam & Philosophiam pro-
gredere, Philosophiæ cursu absoluto Theologos tibi au-
dire quidem licet, non tamen antè tractare contro-
versias Theologicas, quam Theologiam Didacticam &
Elenchiticam penitus cognitam habeas & perspectam.
His ita præmissis cum adversarijs luctari, & tela contra
illorum exercitum emittere tibi licitum erit, modò non
sint infecta beneficis calumnijs & diabolicis tincta men-
dacijs, quæ in Doctorum virorum castris ac palæstris non
nisi antagonistæ (dico quod res est) inveteratam pro-
dunt invidiam, omnimodam imperitiam, levemq; ar-
maturam, Thrasonem arguunt ineruditum, rerum igna-
rum, ac in scientijs parùm versatum. Hoc, inquam, si
fecerit Dn. Protonotarius, pugnam non detrectabunt
Orthodoxi: sed congradientur intrepidè (quoties lu-
bet).

104 IN JACOBUM SCHUELERUM ORATIO.

Eph. 6: 17. bet) cum Dn. Decano, accincti gladio spiritus, verbo nem-
pē Dei, excepta Schueleri tēla corroborati in Domino, robore
virium ipsius, retorquebunt ac confringent, & sese prom-
ptos fidei orthodoxæ propugnatores ostendent, non im-
memiores moniti illius Apostolici: Εἴτοι μοι (εἴτε) αἱ τῷρας
Ἀπολογίαν πάντη τοῖς αὐτοῦντι υμῖς λέγων τοὺς τὴν ἐλπί-
δος μετὰ τῷρας τῆς φόβου. Secus si fiat, & hæreat in
eodem semper luto, ac turpissimorum solcēcismorum
barbarismorumq; barathro convolutus porrò jaceat, ab-
horrebunt ab eo politioris literaturæ virorum oculi,
indignumq; judicabunt docti, cum quo aliter agatur,
quām ut agi cum pueris in scholis solet; Zenonem se-
quentur, ac ferulâ scholasticâ, quā quondam ex discipu-
lis quendam inflatum turgidumquè, sed desidem ac
ignavum percussit, te quoq; Schuelere castigabunt & porrò
percutient, ipsiusq; Zenonis verbis sic alloquentur:
x. Pet. 3.
v. 15. non si magnus fueris, bonus & eruditus eris: sed
Lib. 2. c. 23. si bonus & eruditus, tum demum re vera
magnus eris.

D I X I.



IN.

INDEX

I N D E X

*Solæcismorum & Barbarismorum in hâc
Oratione notatorum.*

Numerus hîc non ipsius Schueleriani operis,
sed hujus Orationis paginam indicat.

A.

| | | | |
|---|--------|--|--------|
| <i>A Concilio in lucem edere,</i> | 44 | <i>Aliquo sancto ordini,</i> | 35 |
| <i>A longè,</i> | 69 | <i>Alius,</i> | 24, 62 |
| <i>Ab adversarijs ex ea falsas consequen-</i> | | <i>Alludere in Calvinô,</i> | 48 |
| <i>tias deduxerunt,</i> | 40 | <i>Amanitas,</i> | 10 |
| <i>Ab olim,</i> | 85, 86 | <i>Amando,</i> | 76, 77 |
| <i>Abominabilium peccatorum extremè</i> | | <i>Apage castigator,</i> | 50 |
| <i>detestabilis,</i> | 90 | <i>Apes forcipe decerpunt,</i> | 72 |
| <i>Abſit quid afferere velimus,</i> | 48 | <i>Apocalipſis,</i> | 14 |
| <i>Abſtrahit & ſilet,</i> | 85 | <i>Apochryphus,</i> | ibid. |
| <i>Ad equam estimationem perduci,</i> | 86 | <i>Āpostatrix,</i> | 64 |
| <i>Ad finem palacandi Deum,</i> | 95 | <i>Appretiatus,</i> | 68 |
| <i>Ad internectionem proterere,</i> | 86 | <i>Arbitror,</i> | 28, 29 |
| <i>Ad oculum videre,</i> | 75 | <i>Arigo,</i> | 12 |
| <i>Ad utendum compendio,</i> | 70 | <i>Armeniani,</i> | 13 |
| <i>Adoramus præſepe & cetera habita-</i> | | <i>Ars picturæ,</i> | 95 |
| <i>tiones,</i> | 43 | <i>Aſach,</i> | 15 |
| <i>Advertendū ineptias diſſolvemus,</i> | 44 | <i>Aſſecuratio,</i> | 54 |
| <i>Ætatis nonagenarius,</i> | 50 | <i>Aſſecutus,</i> | 28 |
| <i>Ætyops,</i> | 16 | <i>Aſſumendus in episcopum debet unius</i> | |
| <i>Afluxus populi,</i> | 84 | <i>uxoris effe virum, non bigamum,</i> | 45 |
| <i>Aglutinatus,</i> | 12 | <i>Attaξia,</i> | 55 |
| <i>Aipenχōs,</i> | 11 | <i>Auerit,</i> | 31 |
| | | <i>Authoritativus,</i> | 57 |

O

B Bapti-



INDEX.

B.

- Baptismalis,
Bene in Cœna,
Bimaris,
Bipenne,
Blattero,
Bucolica,

C.

- Cæcitate percussum,

- Cælo,
Cæmeterium,
Capit,
Calamitates intercedentes,
Calculum ducere super arithmeticam,
Candelarium,
Capitosus,
Cappucium,
Causa,
Causa emancipationis,
Cautela,
Celestis,
Cento,
Certum est varium esse peccatum il-

lud, ut impenitentia, obstina-

tio, &c.

Certum est Calvinista potitare, ster-

tere,

44, 45

Cervicositas,

Chærilus,

Chalibæus,

Charitasivus,

Cherintus,

Chimera,

Chthonica,

Chymeræ

- 64
ibid.
61, 62
23
12
22
- Circiter aureis quingentis,
Citra cujusquam oppositionem,
Clamorosus,
Clericalis,
Coadjutor,
Coetaneus,
Collapsans,
Comparsio,
Computus,
Commysta,
Concertamen,
Conciliariter,
Condamno,
Condescendere petitionis,
Confœderatio,
Conforto,
Confrater,
Congruentia,
Connaturalis,
Consistentia,
Constat Bernenses illecti se subtra-

xisse,

Contestor,

Continentia,

Continetur aut deducitur ex hac re-

gula,

Controversista,

Controversisticus,

Coram magno populi affluxu & ejus-

dem edificatione,

Coreaceus,

Coredelector,

Coripheus,

Correspondens,

Crucifixor,

12.
86.
85.
61.
63.
99, 100.
15.
67.
84.
53.
54.
51.
69.
19.
84.
54.
65.
52.
55.
64.
54.
De fide effe-
Deducendi
Debonari,
Denn ad.
Diaceps,
Dicimus ha-
doctrina
Diffinda,
Dissurre,
Dissentor,
Dissimilis ex-
Dissima,
Dissima revo-
lent,
Dolus,
Dom celebra-
Dom forcata,
Dolus est rati-
tum,
Dolus spiritu-

CHYMERÆ



INDEX

| | | |
|---|--------------|---|
| <i>Crucifixum,</i> | 20 | <i>gere velle, pro non nisi, &c.</i> 91 |
| <i>Cultum illud,</i> | 35 | <i>Effigiatuſ,</i> 67 |
| <i>Cum,</i> | 94 | <i>Elargitus,</i> 28 |
| <i>Cum addito ostendente,</i> | 83 | <i>Emanatio,</i> 97 |
| <i>Cum Eucharistia sit Sacramento-</i> | | <i>Emanatus,</i> 28 |
| <i>rum,</i> | 42 | <i>Enthousiaſta,</i> 14 |
| <i>Cum Græca & Latina lingua eſſent</i> | | <i>Epigrammatarius,</i> 96 |
| <i>vulgaris,</i> | <i>ibid.</i> | <i>Ἐργον,</i> 25 |
| <i>Cum non implicet, ſine Accuſa-</i> | | <i>Еſſe pro dicere,</i> 67 |
| <i>tivo,</i> | 93 | <i>Eſto corpus non resurgeret,</i> 93 |
| <i>Cum praeceperint ut recipiane,</i> | 47 | <i>Et pro quod,</i> 27 |
| <i>Curio à morbo,</i> | 75 | <i>Et pro ſed,</i> 32 |
| <i>Cuſtodiſe poſt ſe,</i> | 77 | <i>Et pro ut,</i> 32, 92 |
| D. | | <i>Et pro quid,</i> 32 |
| <i>Damnatorum oppinionum,</i> | 34 | <i>Evaſio,</i> 53 |
| <i>De fide eſſe,</i> | 78, 79 | <i>Ex certa ſcientia,</i> 74, 75 |
| <i>Deducenta,</i> | 78 | <i>Ex Germanico ſimplici latinitati</i> |
| <i>Debonorū,</i> | 67 | <i>reddidi,</i> 49 |
| <i>Denuò ad manum reducere,</i> | 85 | <i>Ex Germanico in Latinum profer-</i> |
| <i>Diæcſis,</i> | 15 | <i>re,</i> 77 |
| <i>Dicimus hac facilitande Novantibus</i> | | <i>Ex his & alijs contris iſpum fa-</i> |
| <i>doctrinæ fidei noſtrae,</i> | 99 | <i>ciunt,</i> 42 |
| <i>Diſcindo,</i> | 65 | <i>Ex his conſtat quād injuriosè redar-</i> |
| <i>Diſcurro,</i> | <i>ibid.</i> | <i>guit,</i> 46 |
| <i>Diſſentior,</i> | 30 | <i>Ex ultima ſtropha ode,</i> 33 |
| <i>Diſtiſiō ex quo,</i> | 38 | <i>Exhortari pro impetranda intelli-</i> |
| <i>Drackma,</i> | 15 | <i>gentia,</i> 77 |
| <i>Doctrina revelationem aliquam con-</i> | | <i>Exodo viceſimo,</i> 33 |
| <i>tinent,</i> | 40 | <i>Expono,</i> 67 |
| <i>Dulcor,</i> | 73 | |
| <i>Dūm celebrare, ſine Accuſatiuo,</i> | 92 | F. |
| <i>Duo ſororculæ,</i> | 36 | |
| E. | | |
| <i>Eadem eſt ratio de muſca,</i> | 33 | <i>Fabulo,</i> 55 |
| <i>Echius,</i> | 10, 11 | <i>Faceſcit,</i> 11 |
| <i>Eſtatiſes Spiritus ſancti,</i> | 52 | <i>Facilito,</i> 99 |
| | | <i>Falſificatio,</i> 53 |
| | | O z |
| | | <i>Falſi-</i> |



INDEX

| | | I. |
|--|--------|------------------------------------|
| Falsifico, | 65 | Jam diu, |
| Femurinum, | 15 | Icona, |
| Ferrugo verbi Divini, | 96 | Id acceptam refert, |
| Festuceus, | 64 | Id convertunt in bonum, ut in mel- |
| Figere dentibus, | 83 | lis dulorem liquentur, |
| Finaliter, | 70 | Idiotismo laborare, |
| Fluor, | 94 | Ιλαγνηός, |
| Francisus Veron; prelector; Ecclesiaste regio & scriptore deputato; | 32; 33 | Illusoriè; |
| Frænum, | 88 | Immeritus & incapax venia, |
| Furatum, | 28 | Impanatus, |
| Furijs agitatus, | 94; 95 | Impar tanti poderis, |
| G. | | Impartior, |
| Galileus, | 92 | Impassibilitas, |
| Gladiotorius, | 96 | Implicititia, |
| Glossatus, | 68 | Impono; |
| Grossus, | 53 | Imponere super fundamento, |
| Grij, | 10, 15 | Imposterum; |
| H. | | Improbabilissime; |
| Habendus, actièvè, | 30 | In acceptis habere, |
| Habere pro haberis, | 29 | In cognitionem venire, |
| Hæbreus, | 11 | In rigore, |
| Hæreticalis, | 61 | Incapax; |
| Hebdomadatim, | 70 | Incessanter, |
| Hemoroïssa, | 16 | Inconsideratio, |
| Hic & nunc, | 69 | Incorrugabilitas, |
| Histeron proteron, | 14 | Indebitus; |
| Historiatus, | 68 | Indicibilis; |
| Honoris denigratio, | 51 | Inferioris ordinis eorum, |
| Horrorem facessò, | 83 | Intelligibilis, |
| Hos potestates, | 35 | Inoperor; |
| Huic probationi standū moniti; | 45; 50 | Inordinatio, |
| Hydrosus, | 55 | Insensatus, |
| Hyperaspides, | 14 | Insignis mendax, |
| | | Insinuo, |
| | | Instar |



INDEX

| | | | |
|---|--------|---|--------------|
| <i>Instar homo,</i> | 46 | <i>Mensalis,</i> | 64 |
| <i>Insultare ad citationes,</i> | 96 | <i>Merisimus,</i> | 26 |
| <i>Intentum,</i> | 52 | <i>Metaphoricus,</i> | 93 |
| <i>Interpreter,</i> | 29 | <i>Metaphysicus,</i> | <i>ibid.</i> |
| <i>Ireneus,</i> | 14, 15 | <i>Misisse funem in collo ejus,</i> | 48 |
| <i>Irrationabiliter,</i> | 69 | <i>Modernus,</i> | 95 |
| <i>Irreconciliatio,</i> | 100 | <i>Monitus se abducere finit,</i> | 44 |
| <i>Irreformatus,</i> | 95 | <i>Mordaciter profiteri,</i> | 65, 69 |
| <i>Ireligiositas,</i> | 54 | <i>Morsifico,</i> | 65 |
| <i>Urisorie,</i> | 99 | <i>Motivus;</i> | 59 |
| L. | | | |
| <i>Lactantes parvuli,</i> | 95 | N. | |
| <i>Latrinaria,</i> | 62 | <i>Naturaliter jejunus,</i> | 83 |
| <i>Leges mandata & fundata,</i> | 35 | <i>Necesse est quod ejus praesentia non sit</i> | |
| <i>Leontius coetaneus S. Gregory; iste in</i> | | <i>continua,</i> | 48 |
| <i>Occidente, ille in Oriente,</i> | 36 | <i>Negotior;</i> | 85, 86 |
| <i>Leitor,</i> | 25, 26 | <i>Nescio quem horrorem facebit,</i> | 82 |
| <i>Λεῖτηργύς,</i> | 25 | <i>Nihil aliud est de fide, nec aliter, de</i> | |
| <i>Λεῖτηργόντειον,</i> | ibid. | <i>realitate istius praesentiae,</i> | 78, 79 |
| <i>Λεῖτηργόντειον,</i> | ibid. | <i>Nihil cunctor;</i> | 85 |
| <i>Longè longus,</i> | 94 | <i>Non habet vim, non modò remittendi</i> | |
| <i>Ludere in significatis, in aqua, in</i> | | <i>mortalia, sed nec venialia, pro</i> | |
| <i>voce,</i> | 78 | <i>non modò non remittendi, &c.</i> | 93 |
| <i>Lympidus,</i> | 11 | <i>Nostrī operi,</i> | 34 |
| M. | | | |
| <i>Manducatio corporaliter non carnæ</i> | | <i>Nugo;</i> | 52, 53 |
| <i>liter,</i> | 20 | <i>Nullam certam & infallibilem ipsam</i> | |
| <i>Manendo in exemplo,</i> | 45 | <i>babere regulam, absq; verbo fi-</i> | |
| <i>Manifestum aliquod,</i> | 52 | <i>nito,</i> | 44 |
| <i>Mastico,</i> | 66 | <i>Nunc & hic,</i> | 69 |
| <i>Mastyx,</i> | 14 | <i>Nuto,</i> | 66 |
| <i>Materiam prescindere,</i> | 96 | <i>Nycenum,</i> | 11 |
| <i>Mattheus,</i> | 92 | O. | |
| <i>Mensa & propitiatorium ac taber-</i> | | <i>Obscenitas,</i> | 14 |
| <i>naculum adorata fuisse,</i> | 94 | <i>Obsrvandissimus,</i> | 11 |
| O 3 | | | |
| | | <i>Obse: vandum istam sententiam ideo</i> | |
| | | <i>adferri ut murum aheneum,</i> | 47 |
| | | Oula | |



INDEX

| | | | | | | |
|--|-------|---|--------|------------|--|--|
| O bularius, | 14 | P racticō vel practico, | 15 | Quādū- | | |
| O ccasionaliter, | 69 | P ratticus, praticè, praticare, | 14 | Quāndū- | | |
| O cularis, | 54 | P ressim, | 69 | Quāntū- | | |
| O poret quod sit, | 92 | P resbiteratus, | 13 | Quāqua- | | |
| O pportunum, oportune, | 11 | P remium vix adēquatē sciri potest, | 85 | Quāqua- | | |
| O rigines, | 14 | P ro Christiana Ecclesia censeo, | 78 | Quāfī- | | |
| P. | | | | | | |
| P aginalis, | 61 | P ro majori intelligentia, | 75 | Quārū- | | |
| P alestinus, | 10 | P ro meliori distinctione, | 84 | Quāstū- | | |
| P allantes, | 12 | P ro nunc, | 69 | Quātū- | | |
| P anoplia, | 99 | P ro omni tempore & loco, | 93 | Quātū p- | | |
| P aralogizē, | 65 | P ro posse, | 87 | marū- | | |
| P afīo, | 95 | P ro reconciliatione litis, | 96 | meatū- | | |
| P aucis medianibus verbis, | ibid. | P ro refutatione aliquid laboris im- | | dixerū- | | |
| P ederastria, | 13 | pendere, | 99 | Quādū dī- | | |
| P erluso, | 66 | P ro tunc, | 69 | expē- | | |
| P ertinentia, | 54 | P roficiens, | 58 | Quāvū, | | |
| P hanaticus, | 11 | P roles, | 24 | Quā eorū | | |
| P laſme, | 66 | P rolixitatis vitanda & causā me digredi | | intē- | | |
| P oēan, | 18 | nullā ratione patitur, absq; No- | | Quādū a- | | |
| P enitentia significat opera verè poe- | | minativo, | 41 | Quānūan- | | |
| nalia, | 40 | P ropalo, | 66, 67 | | | |
| P omerium, | 11 | P ropitiūs este, | 87 | | | |
| P ortentus, portentissimus, | 21 | P roscenium, | 15 | Balūnū p- | | |
| P ondero, | 30 | P rudenter credibile, | 71 | cēdū- | | |
| P oterit dignoscere verane an falsa sit | | P ulsare ad corda, | 70 | Reatu- | | |
| Ecclesia, & proindē que ad salu- | | P urgativus, | 58 | desipē- | | |
| tem eternam ei vitanda aut am- | | P utativus, | 65 | desider- | | |
| plectenda convenit, | 47 | P ygmeus, | 14 | rege- | | |
| P reallegatus, | 67 | P yrata, | ibid. | num, | | |
| P racenitus, | ibid. | Q. | | | | |
| P rädicans factus est ex Canonico, | 91 | Q uadrageſintadialis, | 63 | Reſponsū, | | |
| P räeminentia, | 51 | Q ualia fuerunt donaria, epulas pau- | | Regionū, | | |
| P raeter fallacia elenchi, | 48 | peribus preparatas, | 47 | Diplomatū, | | |
| P raeteritis, | 91 | Q uām pro priusquām, | 90 | Diplomātū, | | |
| | | Q uām hic depingere curavi, | 91 | Refugiatū, | | |
| | | | | Retorūque, | | |
| | | | | Retorūque, | | |

QUA-



INDEX

| | | | |
|---|--------|---|--------|
| <i>Quandoquidem,</i> | 91 | <i>Ridiculosus.</i> | 57, 58 |
| <i>Quantū, tantū,</i> | 89 | <i>Rolla,</i> | 53 |
| <i>Quantum, ita,</i> | 31 | | |
| <i>Quaquam,</i> | 69 | S. | |
| <i>Quae eadem debere convenire incrū- ento,</i> | 46 | <i>Sæpè sèpius,</i> | 69 |
| <i>Querulosus,</i> | 58, 59 | <i>Sampsonicus,</i> | 13, 57 |
| <i>Questus,</i> | 16 | <i>Sanedrim,</i> | 99 |
| <i>Quia;</i> | 91 | <i>Sanguinum fluores factas esse,</i> | 94 |
| <i>Quibus ponderatis, indissolubilitate marrimoniī, præmia & bona con- tinentiae, animiqꝫ tranquillitatem dixerunt,</i> | 46 | <i>Satis laboris habet ut se defendat,</i> | 71 |
| <i>Quid aliud agit quām meditari & expendere?</i> | 39 | <i>Satisfatio.</i> | 100 |
| <i>Quivis,</i> | 24 | <i>Schismati & divisioni fovere,</i> | 43 |
| <i>Quo errore stabilendo omnes nervos intendit;</i> | 42 | <i>Schyphus,</i> | 16 |
| <i>Quod est manifesta falsitas;</i> | 35 | <i>Scopator,</i> | 54 |
| <i>Quoniam distribuamus,</i> | 93 | <i>Scribo vobis pro cautela;</i> | 70 |
| R.. | | | |
| <i>Realis præsentia ita expressa. sub spe- ciebus, est de fide,</i> | 78 79 | <i>Secum non fuit unus,</i> | ibid. |
| <i>Reatus,</i> | 100 | <i>Secundūm mensuram delicti,</i> | 85, 86 |
| <i>Reciproco,</i> | 65 | <i>Secundūm se loquendo,</i> | 73 |
| <i>Recoctum crambem,</i> | 35 | <i>Sensualitas,</i> | 52 |
| <i>Redigere se in ordinem Hæretico- rum,</i> | 71 | <i>Sepulturae tradere,</i> | 84 |
| <i>Redimibilis.</i> | 64 | <i>Serratum,</i> | 95 |
| <i>Refreno,</i> | 11 | <i>Sibi non fuit concors & unus,</i> | 70 |
| <i>Regionarius,</i> | 63 | <i>Sicut, cur non,</i> | 31 |
| <i>Replicatus,</i> | 92 | <i>Sicut, cur ergo,</i> | ibid. |
| <i>Respectivè talia scripsit;</i> | 72 | <i>Sirena,</i> | 26 |
| <i>Retorquendo,</i> | 45 | <i>Situatio,</i> | 53 |
| <i>Retumulatus,</i> | 68 | <i>Sollennis,</i> | 11 |
| | | <i>Sollicitare aliquem pro favore;</i> | 87 |
| | | <i>Susinus,</i> | 11 |
| | | <i>Speculative digladiari;</i> | 83 |
| | | <i>Spopondeo,</i> | 31 |
| | | <i>Standum esse Ecclesia judicio & sen- sui; non privatio spiritui & per- suasiōni interiori,</i> | 50 |
| | | <i>Suadeo,</i> | 66 |
| | | <i>Succulentus,</i> | 64 |
| | | <i>Summarie,</i> | 99 |

Super-




INDEX

| | | | |
|--|--------|--|--------|
| <i>Supersemino,</i> | 95 | <i>Verbatim,</i> | 69 |
| <i>Susq[ue] deq[ue] miscere,</i> | 78 | <i>Vexillatus,</i> | 67 |
| <i>Suis pro ipsius,</i> | 38, 39 | <i>Video nunquam eundem in armis pro-</i> <i>ruisse, nisi excitus, &c.</i> | 36 |
| T. | | | |
| <i>Talis qualis,</i> | 64 | <i>Videre est fallacia,</i> | 43 |
| <i>Tapetes unum,</i> | 36 | <i>Videre est pretiositas,</i> | ibid. |
| <i>Tapetia,</i> | 23 | <i>Vigilium,</i> | 22 |
| <i>Tapetiarum innumera species, inter</i> <i>quos,</i> | 36 | <i>Vinum Eucharisticum nullam sanguini-</i> <i>nis Christi realitatem aut alicuius</i> <i>gratiae causalitatem continet,</i> | 54 |
| <i>Tenebrio,</i> | 95 | <i>Vix tot verba numerantur quæ</i> <i>non singularem contineant falla-</i> <i>ciam,</i> | 92 |
| <i>Testamentum latinitati donatum,</i> | 49 | <i>Ultimate,</i> | 69 |
| <i>Θεοτόχος,</i> | 11 | <i>Unde Apostasie hac colligitur esse de-</i> <i>finitio,</i> | 90 |
| <i>Theffera,</i> | 15 | <i>Universalis,</i> | 62 |
| <i>Thomas Vitus concionatore,</i> | 33 | <i>unum (modus) tollit alium,</i> | 41 |
| <i>Tonitrualis,</i> | 55 | <i>Unus alias,</i> | 63 |
| <i>Totius Helverie ornamento & emo-</i> <i>lumento est.</i> | 43 | <i>Volupè,</i> | 19, 20 |
| <i>Trabeus,</i> | 64 | <i>Vox,</i> | 54 |
| <i>Tractarentur protractata fuerint,</i> | 31 | <i>uxores ante matrimonium contra-</i> <i>cæ,</i> | 86, 87 |
| <i>Transilio,</i> | 64, 65 | Z. | |
| <i>Transierit,</i> | 11 | <i>Zelans religionem</i> | 67 |
| <i>Tupcio,</i> | 89, 90 | <i>Zelosus,</i> | 56 |
| <i>Tympana,</i> | 89 | <i>Zwinglio-Calvini,</i> | 21 |
| U. | | | |
| <i>Valet,</i> | 77 | | |
| <i>Valor, validus, valide,</i> | 76 | | |



Varia



V A R I A E P I G R A M M A T A
Et Anagrāmatismi nonnullorum tam Ecclesia-
sticorum quam Secularium, in laudera Herculis
νοσθιμαις, sive JACOBI SCHVELERI
Friburgensis sacrificuli.



Orbilius ad H E R C U L E M
νοσθιμαιον.

F Urcifer, excrementum hominis, fœdissime Cace,
Non tibi consindam tergora? Porge nates.
Ploras? Si puer in ludo tam sphalmata fœda
Terna admisisset, nonne luenda forent?
Ac ego condonem tam grandem sphalmatum acervum,
Stercoris inimensam congeriemq; tibi?
Væ clamas? Elementa prius Latiæ imbibe Linguae,
Quam tractes Fidei dogmata tanta sacræ.
Sed fordes longè plures sunt rebus in ipsis.
Quam fœde laceras scripta sacrata Dei!
Propugnas Latiæ Meretricis sputa pudendæ:
Non sana in Libro est mica vel una tuo.
Est insulsa tibi Logica, argutaris ineptæ;
Scommatibus, diris omnia plena probris.
Attamen hæc alijs plenè expurganda relinquo,
Egessi è stabulo stercoris hocce satis.
Porridge Pfaffe nates: vindictam Lingua Latina
Exigit à te nunc: porridge Pfaffe nates.

Johannes Henricus Musculus, Bernas.

P

Hercu-

EPIGRAMMATA.

Herculis. Ἡροβολιμέας.

Deprecatio.

- Pag. 41. **A** H, Orbili, vultum mihi truciſſimum:
Pag. 11. 83. Faceſcit horrorem tuum,
Pag. 36. 38. Maſlyxq; longum quam tenes in dextera:
Pag. 57. Manu tuā! Inſensatus eſt
Pag. 61. Quicunq; clamorofus hāc non ejulat:
Pag. 97. Perculſus. Obe deſine
Pag. 64. 89. Inferre virgales meis ceu tympana:
Pag. 89. 90. Tot tunſiones clunibus!
Pag. 85. Heu abſtrahē à natibus, precor, virgam meis!!
Pag. 16. Hemoroifſa namq; ſunt
Pag. 94. Tota, fluores ſuntq; factae ſanguinum.
Quod verberare tu meas
Pag. 46. 31. Emota homo inſtar mentis auſeris nates,
Pag. 35. Ah quo querar sancto ordini?
Oh, ſupplico! Oh oh oh precor te! Oh abyce
Virgam! Remitte noxiām.
& 31. 95. Pro nunc. Tibi ſpopondeo, tenebrio
Pag. 19. Quod eſſe nolim imposterum,
Pag. 52. 53. Nec eſſe nugo dēhinc, nec eſſe fabulos.
Pag. 26. Non proferam meriſſima
Pag. 43. Mendacia. Oh! Non amplius ego ſchismati:
Pag. 69. Fovebo. Sapè ſepiuſ
Pag. 99. Ero memor panoplia horum verberum.
Pag. 89. Propitius eſte: namq; par
Pag. 37. 30. Nequeo eſſe tanti ponderis, quod ponderat:
Pag. 54. 94. Quām cento longē longius.
Pag. 87. 88. Ne calculum ducas ſuper Arithmetica,
Quaſo, meorum criminum.

Vola.



EPIGRAMMATA.

- Volo esse, crede, cautiorem imposterum:
Non fusq; deq; ut anteā
Miscebo cuncta: cambrem ego reponere
Nolo recōctum: barbaras
Voices solēcismosq; portentissimos
Non blatterabo: non ego
In regulas negotiabor amplius
Grammaticas: Germanicum
Latinitati nolo reddere simplici:
Servabo sed prudentior
Fundata leges in mea Grammatica:
Meumq; cervicositas
Deponam: & ante matrimonium duos
Non contraham sororculas:
Helvetie qud̄ esse posim totius
Permagna delectatio.
Tonitrualis ejulatus, Orbili,
Fac pulsar ad tua pectora.
Depone virgam: honoris est qua maxima
Profecto denigratio.
Oh sufficit! Te quaso, cessa. Gratia
Soli id tua acceptam feram.
Ego hac in acceptis habebo vulnera,
Pro posse meq; corrigam.
Spectatis ostendente vos qui cum addito,
Lecti scholares, podicem
Meum cruentis oblitum guttis, precor:
Compassionem habete nunc
Mecum: notate queso quos nunc perlui
Pñnas: notent & cateri,
Trabeos tot errores ut ego ne pratticent,
Plasmentq; voces barbaras:
- Pag. 45.
Pag. 78.
Pag. 35.
Pag. 21.
Pag. 12.
Pag. 85.86.
Pag. 49.
Pag. 35.
Pag. 35.
& 51. 43.
Pag. 86.87.
Pag. 36.
. Pag. 48.
& 92. 43.
Pag. 55.
Pag. 70.
Pag. 51.
Pag. 37.
Pag. 87.
Pag. 87.
Pag. 83.
Pag. 54.
Pag. 66.
Pag. 36.
Pag. 64.
& 14. 65.

EPIGRAMMATA.

- Pag. 66. *Nam præstat, è heu! transilire Hispaniam,*
Pag. 18. 19. *Ferula Orbili quām subiçi.*
& 64. 65. *Hoc scribo vobis pro bona cautela ego*
Pag. 70. *Vestroq[ue] magno commodo.*

Author JACOBUS SCHUELER,
SS. Theol. Doct. Proton. Apost.
Eccles. S. Nicolai collegiatæ
Fryburgi Helvetiorum De-
canus.

In Herculem Scholasticum.

HERCULIS, ex Orco noviter rediſſe, ferebant,
Umbram cum clavâ: fabula mira fuit.
(Finixerat hæc Pictor, conductus fraude Scholaris)

* Per anna-
gramma-
tisnum ex
SCHUELER
facto HER-
CULES.
Nomina dein umbris forte * Poëta dedit)
Insolito motum vulgus clamore cucurrit:
Herclem ut luminibus cerneret ipse suis.
Cominus ut veniunt, Nebulam primò; inde Scholarem
Herculis amictu proſiluisse, vident.

Pro clavâ huic digitis calamus vilissimus hæſit:
Exuvij tractis intùs Asellus erat.

Nec niſi vocales geminas, immane rudendo,
Reddedit ad quævis, ille Scholaris, * I A!
Ludibrium cunctis; mox pro clamore suborta,
Ultio: & in ferulis fabula tota perit.

Joh. Rodolphus de Lapide,
Bernas..

Schue-

*Antiqua.
alij: KIR-
cha. al:
IKAus. ex-
ponētibus.



EPIGRAMMATA.

Schuelerus.

Herculé Sus.

Ingens qui nomen jactavit, amica luto sus
Herculé grunnitu proditur esse suo.

Abrahamus de Monte, Bernas.

Schueler.

Hercules!

Formula jurandi mera. Iurat namq; per Herclem;
Haud sibi vel porcum sordibus esse parem.

Nicolaus de Campis, Bernens.

Schuelerus.

Re hulcus es.

Nomini sis quicung^o, sed ipsa re tamen atrum
Hulcus es, id Medicus tanget, & anget aprum.

Albertus de Rupe, Bernens.

Schuelerus.

Herclé suus.

Hercle suus, nec enim Petri Paulive Scholaris.
Hæreticus mentis sensa sue sequitur.

Petrus Isenschmid, Erlacenfis.

EPIGRAMMATA.

Schuelerus,

Absq; aspiratione.

Rue scelus.

AN tot inulta finet veri mendacia vindex?
Heu! factis inflat digna ruina tuis.

Daniel Sapidus, Bernas.

Schuelerus.

Huc reus e. s. l.

Huc reus errorum tot prodi, Schueler inepte,
Solve tuas ligulas, pone tuas caligas.
Vae mihi! vae! clamas. Sis cautior ergo deinceps,
Grammaticam melius disce, superbe, tuam.

Theophilus Grundbach, Bernens.

Schuelerus,

Absq; aspiratione.

Vrse luces.

VRsns, jam fateor, divina luce resulget.
Ursi me spreui pœnitit atq; piget.

Daniel Eggli, Aroëns.

IN



EPIGRAMMATA.

IN SCHUELERUM.

Sub Herculis nomine Asinum.

Antiquæ stolidum derident fabulæ Asellum;
Magnanimi exsuvij qui tectus membra leonis
Esse Leo voluit. Quis non cognoscit asellum
Clamore è solo? Sic Friburgensis Asellus
Hercles esse cupit, stolidè Herclis nomine sumpto:
Sed se ridendum toto propinat in orbe;
Horrida barbaries sola, innumeriq; solœci
Produnt magnum asinum larvâ latitare sub Herclis.

Samuel Wydler Aroëns.

Jacobus Schueler.

avægæauuanædeis,

Hic obesus ulceræ.

Est crassus Liber hic, nimisq; obesus.
Non Jobo ulceribus pio Satanæ
Tam gravis fuit atq; tam molestus,
Quam Liber gravis iste Prisciano est
Fœdis ulceribus: putre est oletum..
O Bœotica sus, cui finetum hoc
Sapit tam grave olens Liberg; crassus!

Jacobus Stöckli, Bürensis.

EPIGRAMMATA.

Jacobus Schuelerius,

αναγέραμα.

Cacus verbis, hui oles.

Tun' Hercules? Imò es *Cacus*; non aptius ullum
Prisci quām *Caci* nomen habere queas.
Ille triceps vomuit flamas oculisq; labrisq;
Non rectā raptos traxit in antra boves.
Tempora tria tibi quoq; sunt: Doctōrq;, Decanusq;,
Et scribe es sedis ~~apostolicæ~~ apostaticæ:
Evomis in Christi servos oculisq; labrisq;
Flamas: in *verbis* quid nīl flaminia tuis?
Aversum à Christo, rectōq; à tramite Cœli
In cœca errorum pertrahis antra gregem.
Furto plena specus *Caci* deterrimè olebat:
Hui quām fœtidē oles túq; liberq; tuus!
Stercora barbariæ redolent tua scripta cacata,
Non est in toto mica sat apta libro.
Cacum Hercules clavâ sceleratò stravit in antro.
Furtivē adductos eripuitq; boves.
Non Hercules, CHRISTUS sed te prosternet JESUS,
A te seductas ipse requiret oves.

Isaacus Tremp.
Thunensis.

In

PRO

EPIGRAMMATA.

In

Schuelerum clavam gestantem.

DELECTAT quemvis stultum sua *clava*, sophistæ

* In Kolbium *Schuelery* dipterium est.

Schuelero ante alios grata est sua *clava*: videri

Vult Hercules, aptans gravem *clavam* sibi.

Herculis in nomen mutat sua nomina: *imago*

Præfixa cernitur Libro ejus Herculis.

Schuelerum fatuum potiori hinc colligo jure,

Ipsò Coræbo stultiorem & Arcade.

* Pag. 200.

ubi alludit

ad Kolbij,

& citoles,

nomen.

Anthonius Knopf, Bernas.

In Schuelerum.

Ante alios Scriptor Schuelero ex asse probatur,

Janus * à mendacio

Non mirum: Liber ipsius mendacia preter

Nugasq[ue] continet nihil.

* Johannes

à Lugo,

von Lug.

Lug Germanis est

mendaciū.

Georgius Wetter Bernas.

Proloquium

H E R C U L I S

ad

Schuelerum.

PROH tu non dubitas te pro me vendere? Non es
Hercles: Augiæ nomine jure venis.

Q

Auri-



EPIGRAMMATA.

Auricula & clamor stolidum detexit asellum;
Exsuvias frustra stulte leonis habes.
Te foetor prodit, produnt te scripta cacata,
Quæ nihil omnino stercora præter habent.
Augia huc prodi: quid stas? quid pectora tundis?
Everram stabuli stercora fœda tui.
Non utar clava: libet heic seponere clavam,
Sufficiunt scopæ palaquæ; clava vacat.
Quinetiam è scopis ferulam contexo: simeti
Colluvies meruit verbera: porge nates.

David Blæsi Erlacensis.

Hercules

ad

Senatores illustris Reip. Friburgensis, Herculem
βολιμαγὸν epigrammatibus honorantes.

I Ngens me verò tangit miseratio vestri,
Friburgi ô Incliti Patres!
Nasus ubi vester? Non olfecisti oletum hoc,
Solæca tot, tot barbara?
Lumina vestra ubi sunt? annon vidissis acervum?
Vocis phrasis q̄ barbaræ?
Annon vel manibus contrectavit acervum?
Mendaciorum, scommatum,
Insultat quibus ille viris, qui fædere juncti?
Vestra Rei sunt publicæ?
Spiritui curvis ne credite, quemq; probate,
Sitne ex Deo, an ex Cerbero.

Servi-



EPIGRAMMATA.

Servitium idolis qui præstat; Christus Jesus
Cui non Patronus sufficit;
Qui putat ex massa panis se condere Christum,
Offerre eumq[ue] denuo;
Qui Sponsi & Capitis Christo furatur honorem:
In cæca ducit Tartara.

Simeon Müller Bernens.



In Titulum Libri & Epigrammata Authoris.

Herclem Schuelerum qui nominat, ille Friburgi
Pygmæos reliquos asserit esse Patres.
Herculis si clava est scriptoria penna Scholaris,
Herculis & clava hæc calyx vocanda venit.

Amos Ruler HBernens.



ELEGIA SILLOGRAPHICA

In

HERCULEM CATHOLICUM

Sive

Calumniosum Iacobi Schueleri Libellum;
quem ipse, ipsiusq[ue] Collaboratores contra Acta Di-
sputationis Bernensis conscripserunt & edide-
runt Friburgi Helv. Anno 1651.

EN, malesana cohors confurgit in Acta Potentum
Bernatum, stultis ausib[us] atq[ue] minis.
Haud secus ac catuli petulantes ore lacefunt
Viribus id nequeunt quod superare suis.

Q 2

Lucifer

EPIGRAMMATA.

Lucifer est Princeps illorum, Duxq; Scholaris;
 Quem vocitant Herclem: verius est fatuus.
 Hunc sequitur DÆMON TEMerarius; huncq; caterua
 Pessima stultorum, futiliumq; virum.
 Scriptis insolitis mordaces rodere famam
 Magna Urbis Berna, non probitate, student.
 Evomit, en, rabiem torva hac Acherontia secta;
 Et furit, ut laniet nosq; sacramq; fidem.
 Ast aliud didicere nihil, quam vana profari
 Verba, quibus iustos contaminare solent.
 Dogmata, quæ validis nequeunt rationibus; atris
 Impugnant scriptis; Versibus; atq; dolis.
 At dic prave Scholer, quæ te dementia cepit?
 Mutasti nomen cur malesane tuum?
 Num quia, quod veteres quondam dixeré sophiste,
 Conveniunt rebus nomina sapè suis?
 Atheus ut quondam fuit Hercules; Atheus es tu:
 Hercules idolum cultor; & ipse Scholer
 Idolum cultor, fraudator, testis iniquus;
 Divinam violans, contaminansq; fidem.
 Namq; aliter sanctas leges & dogmata versas.
 Quam textus verax edocet, atq; sonat.
 At non te tantum falsis erroribus imples.
 Nec propriam in faciem dogmata spurca vomis..
 Decipis ast alios, Zizania pessima spargis
 Paſſim: Verum te noxia pena manet.
 Concupis an cultus divinos, more sinistro,
 Volvere: mutetur (te duce), nostra fides?
 Spiritus aetherea quondam dimissus ab arce,
 Protulit ad nostros quæ documenta patres;
 Cordibus illa piis sancte servabimus omnes.
 Bernenses, verâ, catholicâq; fide..
 Te falsam trutinam manibus gestare videmus,
 Dogmata qui falso sacra docere soles.
 Jam DEMONTE rogo que te dementia cepit?
 Quod blasphemâ nimis scripta repente probas..

Nonne:



EPICRASSMATA.

Nonne quod id Jesu jüsserunt Pseudosodales?
Aut voluit Dæmon, spiritus ille malus?
DÆMON TE docuit, DÆMON TE rite locavit
Demonis in Claustrum; Demonis acta probas.
Demonis acta probas, dum laudas acta Scholeri:
Tuq[ue] Scholerq[ue] tuus; Demonis apta cohors.
Demonis apta cohors, veri que nescia, falsi,
Demonis instinctu, perstudiosa manes.
At tibi, vœ! maledicta cohors, que nomen inane
Religionis habes; quam tua facta negant.
Sed quid ego multis? Præstat componere litem,
Quam certare diu. Defino. Numne sat est?

Excusatio authoris hæc scribentis.

Ni mala scriptissent, nec sic hæc scripta fuissent.
Ut clamant, Echo sic resonare solet.

Hieronymus à Stella, Bernas.

Schueler.

Anagr.

Reuschle.

Du hast gewüßt als du dein Feder gspizt/ ein Reuschle ghast.
Sonst heist vüllicht mit erraten so wüsst dich nicht vertrabt.
Dein Hercules sich dir nicht reimt/ ein voller Zapff du bist.
Reuschle geht recht/ das zeiget klärlich an/ was an dir ist.
Im Schuler Nam ich Reuschle find non sine Numine,
Dein Hercules mit nichten fliest è Dei Lumine.
Reuschle dein Weiß sehr wol andent/ was du führst in dem Schilt.
Reuschle/ Reuschle dein täglich Handwerck ist: sagst stäts; es gilt.
Vom Reuschle starck dein Hirn gewößlich ist verwirrt in dir:
So grob lauffst an/ dem Prisciano machst so böß Geschir.

David Herenschwand von Murten.

Q. 3.

Scho-



EPIGRAMMATA.

Scholaisticus Friburgensis.

עִקּוֹב שׁוֹלָעַר

Ad vivum depictus in sequentibus anagrammatismis

וַעֲוָר עַקְשׁ לֵב
וַלוּ יַעֲשֵׂק עַרְבָּ
וְעַל עֲוָר יַקְשֵׁב
וּבְוַשׁ עַלְלָ רַקְיעָ
וַיְלֹועַ בְּקַשׁ רַעַ
לְקוֹב עַיר שׁוֹעַ

Auff Deutsch.

Go ist einmal erwacht der mit verkehrten Sinnen:
der Rap mit seiner macht/ durch List nicht wird gewinnen/
Wann schon man ihn hoch acht: der blinde muß noch lernen:
Dass ihn zuschanden mach der Himmel sambt den Sternen:
Und endlich wird verschlungen/ so Unglück hat gesuchet:
Der V E R N den edlen Stand verleistet vnd verflucht.

Iancw/B



EPIGRAMMATA.

Ιακώβ σχολερ

Αναγρ:

Βᾶ χωρεῖ λύκος!

BΆ χωρεῖ ολύκος! νιπηδεῖς ὡς ταῦθα χωρεῖ
Αἰνόλυκος τυφλὸς τὸν νύν, καὶ ὀμμάτα, τ' ὥτα:
Βᾶ οὐ χολεστικός! Ήσχιλῆς ἔνσωμος ἀλιθῶς
Βαρβαρεφωνέντων ἄρχων, καὶ φευδοφεφίτης
Βᾶ πυρὸν πίσει, αἰώνιον ἵδε οὐλεῖτον
Τίος δπολείας Ιακώβ σχολερ Λύκος ἄρπαξ.

A. I. H. H. Catto.

IACOBVS SCHVELER

Αναγραμματόμενος.

I.

Hic coluber cæsus. C.

II.

Hic ob ulcera esus.

Hic coluber cæsus datus est hic muribus esus,

Ob ulcerosa verba.

I nunc & porrò te Herclem mentire verendum,
O ulcerose Schueler.

Johannes Marckius Brugensis..

Jaco-



EPIGRAMMATA.



JACOBUS SCHUELERUS

αναγραμματοθεις absq; R

HEUS SOCIE! BACULUS.

.Δωδεκάσιχον.

Conveniant quod s̄pē suis sua nomina rebus,
Fert, *Schuelere*, tuus nuperus ipse liber.
Nunquam vise mihi, nunquam fortasse vidende,
Visus es at scriptis satq; superq; tuis.
Perspicuē hinc vidi manifestum nominis omen,
Quod tu *Schuelerus* nomine req; fies.
Heus Socie! Ergō quatit *Baculus* tibi tergora jure,
Jure solœcismos corrigit ille tuos.
Cædendus ferulâ es, nam jura scholaſtica dicitant:
In te igitur meritò non violantur ea.
Heus Socie Aonias melius perdisce Camœnas,
Aut *Baculus* semper *Musculus* esto tibi.

Nicolaus Engelhardus, Bernas.

JACOBUS SCHUELER

ANAGRAMMA

I Core: ulcus habes.

ODerunt pacem stulti, & certamina querunt,
Quæ tamen in Mundum multa tulere mala.
Confir-

EPIGRAMMATA.

Confirmata manu dextrâ discordia rumpit

Fœdera, quinetiam bella nefanda parit.

O ergo Helvetij sancto qui fœdere juncti,

Ut firmum id maneat pellite dissidia.

Pellite rixosos homines; expellite Coren,

Ut ne vos turbet, concitet & populum.

Pellite rixosum Schuelerum: I, dicite, Core,

I procul à nobis: dicite, cede Core.

Te quoq; Bernatum reijcit Respublica, Core:

I procul à nobis: I, ait, ulcus habes.

Ulcus habes putridum quod non in corpore gestas;

Sed tuus est ulcus, stulte Schuelere, liber.

NICOLAUS STUFFANEGERUS,
Arbergenisis, Diffensionum in Ecclesia
Christi acerrimus orator, apposuit.

JACOBUS SCHUELER

Per

Verum Anagramma.

OH SUBULCE! I. CARES.

O H Schuelere tuum quod nomen? Quod tibi munus?

Pastor es? At pastor, dic mihi, qualis eris?

Doctor es? At turpis: que sunt puerilia nescis,

Que puerūm nates sèpè ferire solent.

Schueler es, & virgis puerūm cedaris oportet;

Nomine reg, simul tu mihi Schueler eris.

Doctrinā & pietate CARES? I Schueler inepte?

Ne pascas homines: pasce SUBULCE sues.

SAMUEL HEMMANNUS
Lentzburg.

R

In



EPIGRAMMATA.

In Herculem Schueleri.

T Urrim conatu Schuelerus condidit altam,
Romanis sedem, sordidus herculeo.
Rasa cohors properat turrim quò cernere possit
Vasto suspectu, bullea turba probat.
Decantat laudes Monachorum exercitus omnis,
Grates Schuelero gestit habere suo.
Et pene est totum laus hæc dispersa per orbem:
Sic crevit falsa credulitate dolus.
Clamat Schuelerus fraudisq; doliq; minister,
Horrendum monstrum fulmina sæva jacit..
Relligionis opus qnd turbet bellua probris.
Immanis gaudet dilacerare pios.
Interea nimium cùm se miratur, & esse
Viñtorem invictum, semideumq; putat.
Herculeo elogio præclaro & nomine dignum.
Turris *Mus* parvus mœnia clàm subiçt
Præcipitatur humo subito, tristiq; ruinâ.
Labitur, & dirum tendit ad ima caput:
Tota ruit turris, cunctorum lerna malorum.
Urtq; fuit pridem digna jacere, jacet.
Auditur gemitus miseri clamorq; Schuleri
Tantà quod turris splendida clade ruat.
Ægras emittrit lacrymas, jam pœnitet aeti,
Mœnia deplorans tanta perire sibi.
Saucius aufugiens, Monachis sua pectora tundensq;
Incipit ærumnas commemorare suas.
Unus & alter ait: Certé te culpa manebit;
Et preme jam digitis muta labella tuis.
Heu miserum monachum! quæ te inclemencia tangit?
I nunc & robur muribus esse nega.
Quæ tibi pro tantâ referetur gratia mole?
Præmia pro tanto nulla labore feres..

Terq;



EPIGRAMMATA.

Terq; quaterq; miser! quia parvus *Musculus* astu
Te vincit, puerum cogit adire scholam.
Schueler honore coli voluit, statuas q; putavit
De laude eximia lignaq; muta loqui.
At nunc alter habet palmam, circumferet orbe
Musculus, hunc solum lausq; decusq; manet.

Samuel Nollius, HBernar.

JACOBI SCHUELERI HERCULES CATHOLICUS.

Μεταθεπνως:

Helluo! Clerici chaos, hæreticus cibus.
Helluo Schuelerus, si quid siet, Herclis in olla
Quod coxit, quæras: hoc te anagramma docet.
Helluo Schuelerus quod coxit Clerici obesi
Insipidum chaos est, hæreticusq; cibus.
Hæreticus cibus est, quem apponit Schueler in Hercle
Cacolico nobis, insipidumq; chaos.
Non édite ô pueri! (nam mors est Herclis in olla)
Et procul à vobis has removete dapes.

Christianus Tschambri, Sanensis.

Conclusio:

Quâ nomen HERCULIS SCHUELERO sacrificulo cer-
ta ratione conceditur.

Herculis assumis nomen, mirèg superbis:
Concedo in isto tertio.

R. 2

ET



EPIGRAMMATA.

*Et actus Furijs Hercles: agitaris ysdem
Et tu: * Liber testis tuus:
Atram Tisiphonem, Alecto, triistemq; Megaram
Pagella spirat qualibet.
Condemnas Erebo, cœlo quos Jova locavit;
Sonásq; tantum Tartara.
Quid restat? Furijs Hercles agitatus in alto
Cremavit ipse se rogo.
Te rogas inferni manet, hoc torrebere; merces
Mordacitatis hac tua.*

Samuel Meyer, Zoffing.

Errata sic corrigantur.

Pag. 7. lin. 5. lege palestris. pag. 8. lin. 15. fœdiſimi. pag. 9. lin. 25. fœdaſti. pag. 10. l. 6. fœdatus. pag. 12. l. penult. diphthongus. pag. 13. l. 14. vendicem. pag. 14. l. 19. committis: sic &c. pag. 15. l. 3. scribas. pag. 17. lin. 6. dele in. Ibid. lin. 18. lege mnemosynon. pag. 19. lin. 23. cæcus. pag. 20. l. 4. cùm dicis; certum est predicantes cultum imaginibus &c. Ibid. l. 15. elegantiā. Ibid. l. 15. præsupposito hoc notando. pag. 22. l. 14 in Gramaticen. pag. 30. l. 7. in margine pone 136. pag. 32. lin. 6. in margine adde pag. 207. Ibid. lin. 7. Copulariyan ET. pag. 38. lin. 13. faciamus. pag. 43. lin. ult. præſepe. pag. 44. l. 2. neclum. pag. 46. l. ult. cranium. pag. 47. l. 6. Et proindè. pag. 48. l. 7. pereas. pag. 53. l. 26. fabulator. Ibid. in margine pone 300. Ibid. l. 27. cñadrdia. pag. 57. l. 6. affeclas, arma sumere. pag. 59. l. 19. diserta. pag. 63. lin. 6. quod alij analogiam secuti quadragesimale, melius jejunium &c. pag. 65. l. 27. Theologum. pag. 66. l. penul. mihi creditu. pag. 68. lin. 18. quod erat textum reddere non textum. pag. 76. l. 8. demeruisse. pag. 81. l. 18. certa. pag. 82. l. 27. voluntatem. pag. 89. l. 28. versatissimus. pag. 90. l. 13. parcat. pag. 92. l. 6. non rō e sed &c. pag. 95. l. 28. cæcum cæcorum. pag. 100. l. ult. aspiciatis. In Indice pro Arithmeticam, lege arithmeticā; pro incorrigibilitate, lege incorrigibilitate; pro longū, lege longiū; pro privatio, lege privato. In Epigrammatum titulo lege laudem. Reliqua benevolus lector ipſe corrigat.

F I N I S.

* Recole
verba tua fa
cifricule: Et
Furijs agita
tus. amor.

SOLLE

Pub

HE N

Typis

